UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Do. Bart. à Saxoferrato Tractatvs De Minoricis, libris quatuor distinctus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

# Do. Bart. à Saxoferrato

## TRACTATVS DE MInoricis [a], libris quatuor diſtinctus.

ADDITIO.

a Th. Dip. ☙ Minoricis. De iſto trac. in ij. lib. Bar. facit mentionem idem Bar. in l. quidam. §. Papinianus. in fi. ff. de admi. tut. & in l. i. ff. de leg. j. & in l. is poteſt. ff. de acquir. her. & in l. cũ pater. §. hereditatem. ff. de leg. ij. & in conſi. v. incip. viſa quadã petitione. & in conſi. vj. viſo teſtamento lib. j. ☙ Et adde, qđ dicta Bar. hic, aſſumit bal. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. & l. privilegia. eod. tit. & Alex. de Imo. in l. j. ff. de leg. j. & in d. l. is poteſt. in addit. Bar. Et dicit Pau. de Caſtro in d. auth. ingreſſi. qđ Bar. fecit iſtum tractatum valde pulchrum, & ſubtilem, quẽ appellauit minoricarum, ſed Bal. nititur ibi reprehendere in quampluribus vt ibi per eum, & limita dicta Bar. & intellige, vt per Bal. in d. auth. ingreſſi. Adde quod ſtantibus pluribus priuilegijs conceſſis per ſummos Pontifices poſt mortem Bart. non eſt inſiſtendum in dictis bar. hic. Et in materia iſtius trac. Que autem ſit authoritas Reueren. d. Cardin. protectoris fratrum minorum & authoritas Reuerẽ. d. Generalis, que ſit, & an ſit eadem, vide Card. Flo. in conſi. xvij. incip. caſus. vbi videas, & iſtis noſtris temporibus fuit maxima queſtio inter Reuerẽ. d. Grimanum Cardinalem protectorem ordinis. & Reueren. d. Generalem, & adde etiam quod fratres minores, licet non poſſint agere iure actionis, tamen poſſunt officium iudicis implorare. vide Jaſ. in l. j. C. qui admi.

PROEMIVM.

Minoruz fratruz ſacra religio fuit a Chriſti confeſſore Franciſco, in arctiſſima paupertate fundata, & a multis ſummis Pontificibus approbata, cuius vite tanta eſt nouitas, quod de ea in corpore iuris ciuilis nõ reperitur authoritas, ſacri tamen canones circa eos multa ſanxerunt. & vt reprehenderent mordentium linguas & purificarent eorum conſcientias principaliter prouiderunt. Circa vero queſtiones, & dubia, que propter bona temporalia ipſis fratribus ad vitam neceſſaria poſſunt occurrere principaliter, non prouidit Pontificalis authoritas, ideo eſt neceſſaria magiſtralis authoritas que per rationes, & ſimilia determinet iſta dubia, veruntamen que largitione fidelium viuentiũ fratribus ipſis obueniunt, raro currunt litigia: quoniam viuentes ipſi liberam voluntatem erga eos libere exequuntur. Sumptus vero qui a perſonis morientium ipſis fratribus relinquũtur, vel poſſent alias ex eorum perſona fratribus obuenire propter ſucceſſorum indeuotorum auaritiam, & tenacitatem multas vidi contentiones, & lites, vt igitur fratribus in ſuis neceſſitatibus ſit prouiſum, & vt indeuotorum ſucceſſorum cupiditas compeſcatur, & magiſtris ſcholaſticis hec ignota iura pateſiãt, Ego Bar. de Saxofer. Peruſinus ciuis minimus inter legũ Doct. hoc opuſculum feci, in quo nihil proterue dico. nihil pertinaciter aſſero, ſed ſi quid hic reperitur inſertum, quod a determinatione ſancte matris eccleſie, vel a veritate aliquo modo deuiaret, hoc ex inaduertentia lapſu lingue, & velocitate calami euenniſſe credatur, paratus corrigere, & ex nunc corrigo, cum veritas fuerit patefacta ſancte matris eccleſie, & cuiuſlibet melius veritatem, & clarius intuẽtis me humiliter correctiõi ſupponens. Qđ opuſculũ librum Minoricarũ deciſionum volui nũcupari, tam ab ipſius principio, quam ab ipſius materia. Totũ enim quod in eo dicitur de fratribus minoribus intelligatur, nec ad alios extendatur, niſi quatenus in eo continetur expreſſe: quia tamen hoc opuſculum facere per conſtitutionẽ Nicolai tertij videtur prohibitum, & penale: ideo vt hoc opuſculũ contra inſultãtes ſecum deferat defenſionem, conſtitutionem predictã hic ſuſpẽdit Joã. Papa quam hic de verbo ad verbum inſerere placuit. &c.

Joannes Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriã. Quia nonnunquam quod coniectura profuturum credidit ſubſequens experientia nociuum oſtendit, nõ debet reprehenſibile iudicari, ſi canonum conditor canones a ſe, vel a ſuis predeceſſoribus, vel aliqua in eiſdem contenta canonibus reuocat. Sane dudum feli. recor. Nicolaus Papa tertius predeceſſor noſter quandam conſtitutionem declaratoriam, que incipit, Super regula dilectorum filiorum ordinis fratrum minorum, quam beatus Franciſcus altiſſimus confeſſor inſtituit, & promulgauit ſub certis penis arctius interdicens, ne cõcordantie, ſeu contrarietates, ſeu aduerſe, vel diuerſe opiniones ab ipſius conſtitutionis lectoribus, ſeu expoſitoribus inducantur, nec ſuper ipſa cõſtitutione gloſſe fiant, nec forme per quas verbum, vel ſenſus ipſius, vel conſtructio quaſi grãmatice, alias ad literam exponatur, nec intellectus ipſius per legentem diſcutiatur ad aliud, quam conſtitutionis ipſius litera ipſa ſonat. Gloſſantes autem in ſcriptis conſtitutionem eadem aliter quã ſuperius eſt expreſſum, facienteſque commentum, ſcripturam, ſeu libros, ac ex certa ſcientia deliberate & determinate in ſcholis, ſeu predicationibus contra contenta in conſtitutione predicta, ſeu alia, ſeu aliquid predictorũ, nõ obſtantibus aliquibus priuilegijs, ſeu indulgentijs, aut literis Apoſtolicis quibuſcunque perſonis, dignitatibus, vel ordinibus, aut locis religioſis, vel ſecularibus generaliter vel ſingulariter, ſub quadã forma, vel expreſſione verborum, que ſolet in predictis aliquibus quomodolibet ſuffragari, ipſo facto excommunicationis ſententie voluit ſubiacere. Nos autem attendẽtes qđ argumentis frequẽtibus, & collationibus, latens veritas aperitur quodque ſub eadem litera ſepe latet multiplex intellectus, necnon eſſet difficile volentibus conſtitutionem ipſam perfecte legere ac intelligere penas adiectas in conſtitutione eius euitare, ac viam veritatis aperire volentibus, ac periculis que ex predictis poſſent literate incurrere perſone, precipue ſcholaſtice in errore ſalubriter obuiare, preſertim cum de nouo ſub Rota ſunt aliqua dubia, circa que periclitari veritas, & erroribus viã pandit, niſi liceret conferre ſuper cõtentis in cõſtitutione hac, & diſputare prohibitiones, & penas predictas, tã latas quã cõminatas, & eorum effectus in fratrum noſtrorum, ac multorum epiſcoporũ, archiepiſcoporum, prelatorum, necnon multorum profeſſorum vtriuſque iuris, & multorum ſacre Theologie magiſtrorũ preſentia dũ conſiſtoriũ teneremus authoritate Apoſtolica duximus vſque ad beneplacitũ ſedis Apoſtolice ſuſpẽdẽda. Pro ſuſpenſione autẽ huiuſmodi ne cõtra quẽ intendimus licentiã impartiri quod contra ſtatutam regulam predictorum dogmatizare, ſcribere, ſeu determinare, predicare, ſeu praue loqui liceat, publice, vel occulte, quinimo omnibus, & ſingulis authoritate predicta diſtrictius inhibemus ne authoritate premiſſorũ, & poſterorũ premiſſorũ prohibitiõem, & penarum ſuſpendio in dubio reuocari valeat, nec alicui propter defectus probationis indigni, quod velit tranſgreſſor prohibitionũ ipſarũ in penam, ſeu penas incideret antedictas. Nos volentes ſuper de opportuno remedio prouidere chartas, ſeu membranas ſuſpẽſiones continẽtes eaſdem appendi ſeu affigi maioris eccleſie Auenionẽ. hoſtij, ſeu ſuper hoſtijs fecimus, quam ſuſpenſiõem predictam ſuo quaſi ſono preconio, & patulo iuridico publicabatur. Data Auenion. vij. Calendas Aprilis, Pontificatus noſtri, anno ſexto.

Hoc autem opuſculũ diuido i libros quatuor. Inprimo, de hereditatibus que fratribus relinquuntur. Secundus, de relictis ſingularibus, que in ſuis volũtatibus homines fratribus largiuntur. Certius, de executionibus vltimarum voluntatum, que fratribus iniunguntur. Quartus, de hereditatibus, & bonis que ab inteſtato fratribus deferuntur: quemlibet autem librũ diuido per capitula, vt primi libri ſeries manifeſtat.

# Minoricarum Liber primus.

☙ De hereditatibus ex teſtamento. Rub.

1 ☞ Status fratrum minoruz in arctiſſima paupertate fundatur. & vita ſingularis. num. 1.

2 Deportati in inſulam, licet perdãt ea que ſunt iuris ciuilis, retinent tamen ea que ſunt iuris gentium, & ex his cauſis acquirũt.

3 Seruus pene licet omnia perdat, tamen ei ſit legatum pro alimentis, & iudicis officium implorat.

4 Legatum factum ſeruo pro alimentis tenet,

5 Fratres predicatores habent in communi, nec eorum regule repugnat.

6 Regula fratrum minorum eſt magis ſtricta, quam fuerit regula Apoſtolorum.

7 Teſtamentum, in quo fratres minores ſunt inſtituti, eſt nullum ſi ſubſtitutus non eſt datus.

Dato ſubſtituto vel alio coherede valet.

CAP. PRIMVM.

DE hereditatibus que in teſtamēto fratribus relinquuntur, multa dubia oriūtur. Primo enim videndum eſt quis eſt iſte ſingularis ſtatus fratrum minorum, ex quo iſta dubia oriūtur, hoc exprimit Nicolaus in c. exijt qui ſeminat. §. porro. de verborum ſignificat. lib. vj. vbi ſic ait, Porro cū regula ipſa expreſſe contineat, quod fratres nil ſibi appropriāt, nec domum nec locū nec aliquam rem, ſit que declaratū per eundem predeceſſorem Gregorium ix. ⁊ nonnullos alios hoc ſeruari debere tam in ſpeciali, quā etiam in communi, ⁊ alibi eodem c. §. ceterum. dicitur ſic. Ceterum, cum in eadem regula ſub precepti diſtrictione prohibitum eſt, ne fratres recipiant per ſe. vel per alios denarios, vel pecuniam nullo modo idque fratres in perpetuum ſeruare cupiant ⁊ vel iniunctum id neceſſe habeant adimplere, ⁊c. Et iſtud quantum ad abdicationem proprietatis refertur per Clementem in c. exijt. §. ad hec. quantum vero ad pecuniam vbi Clemens ſtrictius loquitur in eo cap. §. denique. cum idem confeſſor, ſic ait, ſumme affectaret ſue regule profeſſores eſſe abſtractos totaliter ab affectu, ⁊ deſiderio terrenorum, ⁊ ſpecialiter a pecunia, ⁊ eius vſu totaliter expertes, ſicut probat prohibitio de recipienda pecunia, ⁊ regula ſepius repeti-
1 ta, ⁊c. Ecce ſtatum† eorum in arctiſſima paupertate fundatum, qualis ſtatus inter ſeculares homines ob aliquā cauſam nullo iure inſtitutionis eſt inuentus. Nam homines liberi, cuius ſtatus eſt integer, habere poſſunt in proprio, ⁊ in communi. Quidā
2 tamen ſunt, quorum ſtatus propter penā minutus eſt, vt deportati in inſulam, qui licet ea que iuris ciuilis ſunt perdant, tamen que iuriſgentiū ſunt retinent, ⁊ ex his cauſis poſſunt ſibi acquirere, ⁊ actiones habere. ff. de penis. l. quidam ſunt. ff. manda. l. ſi mandauero. §. is cui. ⁊ de re iudica. l. ſi victum. ⁊ ibi not. Quidam
3 ſunt† ſerui pene, ⁊ ſic eorum ſtatus in totum perimitur, ⁊ ſic perdunt omnia, tamē pro alimentis poteſt ſibi legari, ⁊ ipſemet poteſt per ſe, vel per alios iudicis officium implorare, vt ſibi ſoluatur, vt ff. de ali. ⁊ cib. leg. l. is cui. ⁊ l. ſi ſeruus. ⁊ de his que pro nō ſcri. ha. l. ſi in metallum. tamen fratres predicti pro nulla re temporali poſſunt eſſe in iudicio, vt ĩ. dicetur, de his quibus vſus pecunie nō reperitur interdictus: nō ergo ſunt in tanta paupertate propter penā, in quāta ſunt fratres minores propter Chri-
4 ſtum. Quidam etiam ſunt, † quos ſeruos fecit captiuitas, vel natiuitas. Iſtis etiam ex cauſa alimentorū poteſt legari, ⁊ in multis cauſis pro re tēporali in iudicio eſſe poſſunt, vt ff. de iu. l. lis nulla. ⁊ eis vſus pecunie non eſt interdictus, vt ff. de manumiſſ. l. is cui nō enim ſunt in tanta extremitate, in quāta ſunt fratres predicti propter Deum. De his qui in eccleſia Domini militauerunt, nullum genus hominum reperio cōſtitutū in tanta paupertate. De clericis enim ſecularibus, religioſis non mendicantibus non eſt dubiū, de religioſis vero alijs mendicantibus cōſtat, quod aliqua habent in communi quo ad proprietatem, vt colligitur ex verbis Gregorij Pape ix. in conſtitutione, quia quorundam. de verborum ſignificat. in extrauagan. Ioan dum dicit, fratres minores ⁊ predicatores in arctiſſima paupertate
5 docuit pauperes famulari: ⁊ tamen conſtat† ipſos predicatores in communi habere etiam quo ad proprietatē aliquid, quod eorum regule, ⁊ ſtatui nō repugnat, ⁊c. De Domino noſtro Ieſu Chriſto, ⁊ de Apoſtolis, ⁊ quid iuris fratres habeant in rebus quorum vſus eſt eis permiſſus, illud eſt quod incōcuſſe credere debemus per Ioan. Papam xxij. qui declarauit, ⁊ ſtatuit in cōſtitutionibus ſuis, quarū vna incipit, Ad conditorē canonum. de verb. ſign. in extrauag. alia incipit, Cum inter nonnullos. eo. tit. alia vero incipit, Quia quorūdam. ſ. alleg. In eadem tamen
6 conſtitutione, quia quorūdam. dicit† in quibuſdam fratrū vitam eſſe magis ſtrictā ſecundū regulā que fuit Apoſtolorū dum ſic ait, Conſtat enim multa cōtineri in dicta regula. que nec Chriſtus verbis docuit, nec exēplo firmauit, vt puta qđ precepit conditor dicte regule fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniā recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonā, nec nō de multis exiſtentibus in dicta regula, que vtiq; nec Chriſtus, nec Apoſtoli docuerūt nec firmauerūt exēplo. Ne obſt. qđ Chriſtus portare pecuniam Apoſtolis ⁊ Diſcipulis, dum eos ad predicandum mitteret interdixit, quod tamen antequam ad predicandum mitteret non legimus interdictū: q; poſt reditum pecuniam portauerunt, vt in pleriſq; locis Euangelica veritas
7 ⁊ Apoſtolica dicta atteſtantur. Cum† ergo ſit vite tanta ſingularitas, non mirum ſi eorū occaſione ſingularia dubia oriantur.

CAP. II.

QUidam in ſuo teſtamento fratres minores vel vnum eorum inſtituit heredē.
a Primo queritur, an valeat teſtamentum: Ad quod ſciēdū eſt, q decretalis, exiui de paradiſo. de ver. ſig. in cle. dicit q fratres minores iſtarū inſtitutionum nullatenus ſunt capaces: tamen addam, ſi quidem ſunt inſtituti, ⁊ nullum habent ſubſtitutum, vel coheredem q teſtamentum eſt nullum, ⁊ hereditas pertinet ad veniētes ab inteſtato vt ff. de his que pro non ſcrip. hab. l. ſi in metalum. ⁊ C. de hered. inſtit. l. j. ff. de teſta. mili. l. neque enim. Si vero fratres inſtituti habeant ſubſtitutum vel coheredem, tunc teſtamentum poteſt valere ſubſtituto adeunte hereditatem, ad quem primo pertinet, vel adeunte coherede, cui creſcit portio relicta fratribus, vbi ſubſtitutus non eſt. C. de cad. tol. l. j. in princ. §. his itaque.

ADDITIO.

a Tho. D. C. Primo queritur. Vide plene per Alex. de Imol. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi ſeruus. ff. de acq. here.

1 Ille, apud quem remanet hereditas, in qua erāt inſtituti fratres minores an eam licite in foro conſcientie retineat. ⁊ nu. 7. Nec tenetur illam commutare in ſpeciem alterius relicti. numero. 9.
2 Obligatus ad aliquid de iure naturali, licite illud non retinet in foro conſcientie.
3 Obligatio naturalis oritur ex teſtamento imperfecto, ⁊ minus ſolenni ex defectu ſolennitatis. ⁊ nu. 8.
4 Qui tenet aliquid contra voluntatem defuncti: cui ſucceſſit in foro conſcientie illud licite non retinet.
5 Diſpoſitio defuncti continens aliquid prohibitum a iure, dicitur continere impoſſibile de iure.
6 Oratio vniuerſalis nullatenus predicatur de pluribus.
10 Obligatio naturalis non oritur inter coheredes ex teſtamento imperfecto.
11 Fratres minores ſunt incapaces hereditatis ſibi reſtituende iure fideicommiſſi.
12 Heres grauatus reſtituere hereditatem per fideicommiſſum fratribus minoribus tenetur ad eſtimationem quam licite fratres recipiunt.
13 Relictum in fraudem fratribus minoribus quando dicitur.
14 Heres grauatus dicto fideicommiſſo, licet teneatur ſoluere eſtimationem fratribus, tamen non obligatur.
15 Heres ad quem hereditas deuenit ab inteſtato vigore teſtamēti in quo erant inſtituti fratres minores habentes clauſulam, ⁊ omni meliori modo, tenetur ad eſtimationē, ⁊ in foro cōſcientie.
16 Hereditas relicta fratribus minoribus iure legati, licet fratres relicti non ſint capaces, debetur tamen eſtimatio.
17 Fratri minori ſi relinquitur particulariter, vel in eo particularis heres inſtituatur, an teneat.
18 Inſtitutio facta de eccleſia fratrum minorum tenet ⁊ nu. 20.
19 Dominium eccleſiarum fratrum minorum, pertinet ad eccleſiam Romanam.
20 Eccleſia eſt vſus publicus, ⁊ in ea vtilitas publica verſatur.
21 Pecunia licet offeratur in eccleſia fratrum minorum pro fabrica, ſecus tamen conuertenda in vſum pauperum, ⁊ nu. 18.
22 Eccleſie fratrum minorum debent eſſe humiles.
23 Hereditas, in qua eccleſia fratrum minorum fuit inſtituta requirit additionem.
24 Papa, vel procurator, vel Syndicus Ro. eccleſie, Epiſcopus loci vel ciuitas in qua eſt eccleſia, poterit adire hereditatem in qua eccleſia fratrum minorum fuit heres inſtituta.
25 Syndicus Ro. eccleſie Epiſcopus, vel ſyndicus communis, ſi hoc mandatum habet poteſt petere bona hereditatis fratrum eccleſie minorum vt in vtilitatem eccleſie conuertantur.
Quilibet iudex ſecularis ex officio poteſt vnum conſtituere, qui hereditatem relictam eccleſie petat.
26 Quilibet de populo poterit deferre hereditatem relictam eccleſie minorum.
27 Petens, vt quilibet de populo, quomodo concludat hereditatem ad eccleſiam relictam eccleſie pertinere.
Predicti petuntur de voluntatē fratrum, alias non abſque mandato ſedis Apoſt.
28 Inſtitutio facta de fratribus, adiecto quod hereditas vendatur, ⁊ in neceſſitatem fratrum conuertatur, valet, num. 30.
29 Hereditas relicta ad pias cauſas, vel quod vendatur. vel diſtribuatur inter fratres, abſque heredis inſtitutione valet.
30 Hereditas relicta ad piam cauſam valet, etiam ſi aliquis non ſit heres inſtitutus.
31 Inſtitutio facta de aliquo ſancto, cuius eccleſia, vel oratorium reperitur, tenet, ⁊ Epiſcopus capit.
32 Laicus Guardianus altaris, ve. eccleſie, vel capelle fratrum mino. poteſt heres inſtitui.
33 Guardianus fratrum minorum, ⁊ etiam clericus ſi inſtitutus heres, teſtamentum valet.
34 Inſtitutio facta de Guardiano fratrum minorum, tranſit ad ſucceſſores.

Inſtitu-

35 Inſtitutio facta de fratribus ſancti Franciſci, intelligitur de fra-
tribus minoribus, non de fratribus penitentie, niſi ex coniectu-
ra aliud appareat.
36 Fratres tertij ordinis de penitentia ſancti Franciſci, poſſunt
habere in communi, ⁊ in proprio.
37 Communi vſui ſtare debemus.

CAP. III.

1 **S**Ecundo queritur † Nunquid predicti ve-
nientes ab inteſtato, ſubſtituti vel coheredes apud
quos dicta hereditas remanet ſecundũ iuris rigorẽ
poſſunt licite retinere in foro conſcientie. Probari poteſt
primo quod ſic. † Omnis qui eſt obligatus ad aliquid de iure na-
2 turali illud nõ poteſt licite ſibi retinere in foro cõſcientie. a Hoc
a not. inter not. Inn. in c. nouit. extra de iudic. Sed iſti apud quos
dicta hereditas remanet, ſunt obligati ad eam reddendã de iu-
re naturali: ergo nõ poſſunt eam licite retinere in foro conſcien
tie. Minorem probo. Ex teſtamento imperfecto, † ⁊ minus ſolẽ-
3 ni oritur obligatio naturalis, ſecundum veram opinionem no-
ſtrorum gl. vt C. de iur. ⁊ fact. ign. l. cum quis. ⁊ de condi. in deb.
l. j. ⁊ ff. de regulis iur. l. cuius per errorem. ergo ex ipſo teſtamen
to imperfecto ratione heredis inſtituti, qui nõ eſt capax, oritur
obligatio naturalis. Secundo probatur per leges, que expreſſe
dicunt quod licet relictũ ſit inutile tamen ille apud quem rema-
net, ad id tenetur in foro cõſcientie, vt C. de fideicommiſ. l. ij. ⁊ ff.
de fideicom. lib. l. in teſtamento. † Tertio probatur ſic, Illud quod
4 quis retinet contra voluntatem eius defuncti cui ſuccedit, non
poteſt licite retinere in foro conſcientie: iſtud eſt verum, ⁊ proba
tur. ff. de reg. iur. l. id quod noſtrum. ⁊ extra de preſcr. c. quoniam
ſed ille, apud quem remanet, de iuris rigore eam tenet cõtra vo
luntatem defuncti, qui voluit quod fratres minores eam habe-
rent. Quarto, quãdo aliquid relinquitur ad aliquẽ pium actum
ſecundum teſtatoris voluntatem, qui tamen actus de ſe non eſt
licitus, ille apud quem remanet, non poteſt licite retinere: ſed de
bet illud cõuertere, habita legitima ſolennitate, in alium actum
licitum. ff. de vſufruc. leg. l. legatum. ⁊ de adminiſ. rerum ad ciui.
pert. l. legatam. Ita ergo in propoſito, licet ergo fratres mino-
res non poſſint capere, vt heredes, tamen videtur debere vẽdi
hereditas, ⁊ dari eis pretium cõuertendum in vſus licitos, ⁊ ſic
ille, apud quem remanet, non poteſt licite retinere. Quinto pro
batur: nam quando aliquis eſt non capax relicti abſq; ſui deli-
cto, debetur ei eſtimatio quatenus eam capere poteſt. Exẽplũ,
Cuidam claudo relinquitur milita curſorũ. Certe debetur eſti-
matio. vt l. apud Iulianum. §. fi. cum l. ſeq. de leg. j. l. fideicommiſ
ſa. §. ſi ſeruo. de leg. iij. Ita ergo in propoſito cum fratres mino-
res ſint incapaces abſque ipſorum delicto. ¶ E contra qui non
tenetur ad reddẽdum illud, quod tenet aliquo iure ciuili, vel na
turali, vel alio poteſt licite retinere in foro conſcientie, hoc eſt
notum, ſed ille apud quem talis hereditas de iuris rigore rema
5 net, eſt huiuſmodi. ergo, ⁊c. probo, † Diſpoſitio defuncti que cõ-
tinet aliquid prohibitum a iure, dicitur continere impoſſibile de
iure, vt d. l. apud Iulianum. §. fin. de leg. j. ⁊ de condi. inſtit. l. fi-
lius. ⁊ l. conditiones. ſed impoſſibilium nulla eſt obligatio, vt ff.
de reg. iur. l. impoſſibilium. Et not. quod nulla lege obligatur, ⁊
ſic nec ciuili, nec naturali, nec aliqua lege eſt expreſſum. ff. de act.
⁊ oblig. l. j. §. ſi id quod dare. ⁊ not. per Dy. extra de regu. iur. c.
nemo poteſt. lib. vj. Cũ igitur inſtitutio facta de fratribus mino
ribus ſit a iure prohibita, vt in c. exiui de paradiſo. extra de ver-
borum ſigni. in clem. ergo ⁊c. hoc probatur ex tex. ibi, vbi dicitur
fratres minores hereditatis, vel ſucceſſionis nullatenus ſunt
capaces. Et nota quod dicit nullatenus, ⁊ ſic nullo modo ſunt capa-
6 ces nec reſpectu ciuilis nec naturalis obligationis, quia hec
oratio vniuerſalis ſcilicet nullatenus, predicatur de pluribus:
ergo de neceſſitate intelligitur, id eſt nec de iure ciuili, nec natu
rali, ⁊ ſic ille qui retinet, nullo iure tenetur. Tertio probatur, quia
Princeps ex cauſa poteſt auferre dominiũ rei mee. l. item ſi ver-
beratum. de rei vẽd. ⁊ de euict. l. Lucius. ⁊ de offic. preto. l. Bar
barius. ergo eadẽ ratione poteſt impedire, ne queratur. Cũ ergo
dicta conſtitutio impediat queri fratribus: ergo ille qui retinet,
7 retinet licite in foro conſcientie: ⁊ ille apud quẽ † dicta hereditas
de iuris rigore remanet, debet de voluntate defuncti ſolicite in-
ueſtigare, ⁊ tunc aut illa inueſtigatione remanet certus, quod
teſtator voluit illud teſtamentum ſuum valere iure directo ſcili-
cet teſtamenti tantum, aut remanet certus quod teſtator vo-
luit etiam iure codicillorum, ⁊ omni modo quo poteſt. Aut is,
apud quem remanet ex predictis non poteſt eſſe certus: nec ap
plicat animum ſuum ad aliquod predictorũ, ſed remanet in eo
quod ius preſumit. Primo caſu quando conſtat quod teſtator
voluit quod valeret iure directo tantum, ſcilicet teſtamenti, ⁊
tunc is, apud quem dicta hereditas remanet, poteſt eam licite
retinere in foro conſcientie. Nam teſtatorem velle quod tãtum
valeat iure teſtamenti, hoc importat vt heres inſtitutus heredi
tatem capiat ſuo iure a ſeipſo vt ff. de here. inſtit. l. ſed ⁊ ſi in cõ
ditione. §. fin. ⁊ ſi ipſe inſtitutus a ſe capere nõ poteſt, quod alij,
apud quos hereditas remanet, vt venientes ab inteſtato, cohe-
redes ei reſtituere non teneantur, vt ff. de codicil. l. j. ⁊ C. de fidei
commiſ. l. eam quam. Cum ergo ex virtute dictorum verborum
teſtator voluerit illos, apud quos hereditas remanet, nõ tene-
ri, apparet quod licite poſſunt retinere in foro conſcientie. Et
per hoc apparet reſponſum ad primam rationem in cõtrarium
8 factam. † Nam voluntas imperfecta inducit naturalem obliga-
tionem, verum eſt in voluntate imperfecta ex defectu ſolennita
tis, quia tunc inducitur obligatio naturalis in eo quod teſtator
voluit venientes ab inteſtato: non autem in eo quod teſtator no
luerit. Sed hic voluit venĩetes ab inteſtato teneri, ego licite re-
tinet. Et eodem modo reſpondeo ad leges in contrarium addu-
ctas. Secundo caſu quando conſtat quod teſtator voluit, quod
valeret omni modo quo melius poteſt, dicã j. proxima queſtio.
Tertio caſu quando ille apud quem hereditas remanet, nõ po
teſt eſſe certus nec applicat animum ſuum ad aliquod predicto
rum, ſed eſt cõtentus eo quod ius preſumit teſtatorem voluiſſe
valere iure teſtamenti tantum, ⁊ ſic idem quod in primo caſu. ff.
de iure codicil. l. j. ⁊ l. illud. §. tractari. C. de teſtam. l. non codicil-
lum. ⁊ de codicil. l. fin. vix tamen puto reperiri aliquem qui vo-
luerit valere omni modo quo melius poteſt, ⁊ ideo in foro con-
ſcientie tutius eſt non retinere. Ita dixerunt multi magiſtri
Theologie ⁊ predicta vera in venientibus ab inteſtato. In om
nibus ſubſtitutis autem non eſt dubium quod voluntas defun
cti tenet, nam voluit defunctus, quod herede inſtituto non ad-
eunte, vel quia non vult, vel quia non poteſt, ſubſtitutus admit
tatur, l. cũ proponas. C. de here. inſtit. l. ſi paterfamilias. ⁊ ff. eo.
ſi quis omiſ. cau. teſtam. l. j. §. ſi proponatur. Ad rationes in con
trarium, ad primam ⁊ ſecundam iam reſponſum eſt. Ad tertiam
dico, quod talis, apud quem remanet, non retinet contra volun
tatem defuncti: imo ſecundum eius voluntatem: preſumit enim
lex quod teſtator velit, quod ſi non valet teſtamẽtum, veniat he
reditas ad venientes ab inteſtato. l. conficiuntur. in princip. de
iure codicil. vel ad cõiunctos. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cadu.
tollen. Ad quartam, ⁊ quintam reſpon. quod illa iura loquũtur
in legatis ⁊ fideicommiſſis, in quibus teſtator grauat aliquem,
apud quem remanet, hereditas. Unde merito ille poteſt cogi ad
ire ⁊ eius aditione confirmatur teſtamentum: hoc autem loqui-
tur in hereditate, que fratribus iure directo relinquitur, ⁊ ſic a
ſeipſis. Unde ſi ſoli ſunt inſtituti, non eſt cuius aditione confir-
metur teſtamentum, ⁊ merito non eſt locus dicte inſtitutioni. Si
vero habent ſubſtitutum vel alium coheredem: idem, quia illi
9 non ſunt grauati, vt dictum eſt ex predictis ſatis †. clare appa-
ret, quod ille, apud quem dicta hereditas remanet, non tenetur
illud, quod eſt relictum iure hereditario directo commutare in
ſpeciẽ alterius relicti, vt ſic nec fratres minores capere poſſint
in foro conſcientie, nec in foro ciuili, vt dictum eſt. Sed contra
predicta que dicta ſunt de coheredibus quibus portio relicta
10 fratribus accreſcit. videtur quod non, † per gloſſ. C. de iur. ⁊ fac.
ignor. l. ſi poſt diuiſionem. vbi dicitur, quod inter coheredes eſt
obligatio naturalis etiam ex teſtamento imperfecto. Ergo ſal-
tem in foro conſciẽtie coheres tenetur. Ad quod dico quod illa
glo. non eſt vera, ⁊ reprobatur per doc. ibidem quod patet, quia
ex teſtamento etiam valido neuter coheredũ alteri tenetur, cum
vnuſquiſque a ſeipſo capiat, vt l. ſed ſi in conditione. §. fi. de her.
inſtit. Eadem ratione, quando teſtamentum eſt inualidum, non
tenetur aliqua obligatione. ⁊ hoc ex teſtamento, ex quaſi contra
ctu communionis. In caſu noſtro nulla poteſt fieri obligatio,
cum nulla ſit communio, ⁊c.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ In foro conſcientie. Vide. Ang. in conſi. clxxx. ⁊ vide
Bar. in l. ij. ff. de his que pro non ſcrip. haben.

## SECUNDA DISTINCTIO.

CAP. PRIMUM.

**D**E hereditatibus fratrib9 mi
noribus iure
a fideicommiſſi relictis poſſunt plura queri, hoc
autem ſepe contingit quãdo teſtator iubet, quod
ſi heres inſtitutus deceſſerit hereditas deueniat
ad fratres minores iure fideicõmiſſi iuriſte alias
11 iuſte dicũt deferri, licet quãdoq; habeat iure directo. † Quero
primo an huiuſmodi fratres minores ſint capaces: ⁊ ſi. nõ, nã
dicta decretalis dt, quod fratres ſucceſſionũ ex natura ſui indiffe
rẽter ad pecuniã, ⁊ etiã ad alia mobilia, ⁊ immobilia ſe extẽdunt,

conſiderata paritate iuris, nullatenus ſunt capaces. ſed quãdo
alicui hereditas iure fideicommiſſi reſtitueretur, ſucceſſio eſt. ff.
ad Treb. l. reſtituta. §. ſi. cum l. ſeq. Secundo probatur, quia na-
tura huius ſucceſſionis eſt, vt ſua natura porrigat ad omnia iu-
ra, ⁊ ad omnia mobilia, ⁊ ſtabilia. vt ff. ad Treb. l. j. in prin. ⁊ l. fa-
cta. in princ. ergo huiuſmodi fratres non ſunt capaces. Quod
heres a quo fideicommiſſum vniuerſale relinquitur, tenetur
ad executionem.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ Jure fideicommiſſi. Vide Barto. in l. j. ⁊ ibi apo-
ſtil. vbi etiam doc. ff. de leg. j. ⁊ Bart. in conſil. v. incip. viſa qua-
dam. vol. j. ⁊ in conſi. ſeq. incip. viſo teſtamento.

CAP. II.

a **SEd quero**, aſi licite fratribus fideicõmiſ-
ſum reſtitui non poſſit, vt eſt
12 dictum, tan heres teneatur ad eſtimationẽ? Vide-
tur qđ non per tex. dicte decretalis. exiij que ſic di-
cit, non licet eis valorem hereditatũ talium vel tantam earum
partem qđ preſumi non poſſit hec in fraudem fieri, quaſi modo
legata dimitti ſibi facere, aut ſibi dimiſſa recipere, quin potius,
iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus, ⁊c. Ex quo patet ꝙ
nec ad eſtimationem hereditatis tenetur. Econtra quod tenea-
tur iure per leges, que dicunt quando quis non poteſt capere
rem ſibi relictam propter qualitatem perſone ſue, abſqꝫ ſuo deli-
cto, tunc heres tenetur ad eſtimationem, vt l. apud Julianum. §
fin. cum l. ſeq. de leg. j. ⁊ ibi not. ⁊ de leg. ij. l. fideicõmiſſa. §. ſi ſer-
uo. ⁊ de verb. oblig. l. multum. ⁊ ibi not. Sed ita eſt in propoſito,
heres tenetur ad eſtimationem, vt in cõſtitutione. Nicolai Pa-
pe, que incip. exiij. §. ad hec. vbi dicitur quod quando fratribus
aliquid ſimpliciter relinquitur, intelligitur in cauſam licitam,
hoc eſt, vt vendatur, ⁊ pretium in vtilitatem fratrum conuerta-
tur. Secundo ad determinationem predicte dubietatis videre
debemus intelligentiam verborum dicte cõſtitutionis, exiij ſu-
perius relate. Nam procurare quod eis fratribus minoribus re-
linquatur, eſt penitus interdictum fratribus minoribus, dimiſ-
ſa vero recipere, nõ eſt interdictum omnino, ſed ita demum hoc
13 preſumi poteſt, vt illa verba dicunt. In fraudem fieri † intelligo,
quando per hoc aliquid fieret contra paupertatis votum, vel in
aliquo cõuenitur, vt puta ſi valor ſeu eſtimatio predicta tãtam
quantitatẽ aſcenderet, qđ magis ſaperet theſaurizatum, quam
pro neceſſitatibus imminẽtibus receptum, ⁊ ideo in queſtione
predicta dico, quod eſtimatio predicta magnã ⁊ mirabilẽ quan-
titatem excederet, qđ fratribus non licet recipere. Ita loquun-
tur illa verba, ſed ſi eſſet quãtitas parua, ⁊ moderata, vel de ma-
gna quãtitate moderata accipere licite fratres poſſunt, ⁊ heres
ad hec tenetur. Ita loquuntur alia iura pro hac parte allegata.
Hec indicant verba conſtitutionis predicte, ibi, tantam earum
partem, ⁊c. Hec etiam manifeſtantur in eadem clem. exiui. §. du-
bitauerunt. in eo, quod tractat de diſtributione bonorum noui-
tiorum ingredientium monaſterium, ⁊ hoc etiam declaratur in
conſtitutione Nicolai, que incipit, exiij qui ſeminat. §. inſuper
14 nec vtenſilia. vbicunqꝫ autem dixi quod heres tenetur, non in-
telligas quod fratribus obligatio queratur: hoc enim voto eo-
rum repugnat, ſed in quem fundatur dicta obligatio, dicemus
in ſecũdo lib. vbi de relictis, ⁊ legatis ſingularibus tractabitur,
vbi etiam dicemus, que ſit iſta quantitas moderata, ⁊ quid fiet
de ſuperfluo, ⁊ an ipſi fratres poſſint predicta vẽdere ⁊c. Bar.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ Sed quero. Vide Joan. Cald. conſi. ij. in tit. de te-
ſtamentis.

CAP. III.

15 **EX predictis** ſatis liquet, † quod quãdo
fratres predicti heredes in-
ſtituuntur ⁊ in teſtamento dicitur, ſi non valet iure
teſtamenti, valeat iure codicillorum, ⁊ omni modo
quo melius valere poteſt, quod tunc heres tenetur ad eſtima-
tionem, ſecundum predictum modum: quia predicta verba hoc
important de iure, ⁊ inſtitutione irritata videantur rogati per fi-
deicommiſſum hi, ad quos hereditas remanet reſtituere illi in-
ſtituto, vt C. de fideicommiſ. l. ex teſtamento. ⁊ ibi not. ⁊ l. eam
quam. eodem titu. ⁊ iſte eſt caſus ſecundum vnam lecturam. ff.
de teſtamen. l. ex hac ſcriptura. ⁊ l. ex his verbis. ⁊ ibi dixi gloſ. ⁊
de iniuſto teſtamẽto. l. poſthumus. §. finali. ⁊ de teſtamen. mil. l.
querebatur. §. vtrum. licet gloſ. C. de libe. pret. authen. ex cauſa.
videatur dicere, quod illa verba hoc caſu nõ operentur: ſed illa
gloſſa reprobatur. Ex hoc apparet determinatio illius tertij
membri, quod dimiſi ſupra diſtinctionem. j. cap. ij. quando ille
apud quem hereditas remanet, credit defunctum voluiſſe teſta-
mentum valere omni modo, quo melius poteſt: ⁊ tunc tenetur
in foro conſcientie.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. I.

16 **DE hereditate** que fratribus † iu-
re legati relinqui-
tur, dico idem per omnia quod ad predicta, que
ſupra dixi in hereditate iure fideicommiſſi eiſ-
dem fratribus relicta, videlicet, vt eius heredi-
tatis fratres non ſint capaces eadem ratione
qua ſupra dictum eſt, quia tranſirent iura ⁊ actiones ⁊ alia bo-
na, vt l. cum filius. §. Lucio. de leg. ij. ⁊ l. mulier. § ſi. ad Trebel. ⁊
eodem modo dico, quod debetur eſtimatio, quia heres grauan-
tus eſt a defuncto, ſicut quando iure fideicommiſſi relinquitur,
d. l. mulier. §. ſi. ad Treb.

CAP. II.

17 **SI alicui fratri**, vel fratribus † relin-
quatur particulari-
a ter, ⁊ in eo inſtituatur, an vitietur? Quod videtur
quia hereditatis non ſunt capaces. Contra videtur
quod ſit idem quod in legatis, l. quoties. de hered. inſtit. Sol. di-
cendum eſt quod heredis inſtitutio ex certa re, vel quantitate
habet effectum in forma vniuerſali quo ad quedam, vt puta a-
lijs heredibus vniuerſalibus non exiſtentibus, totum ſibi ac-
creſcat, vt l. j. §. ſi ex fundo. ff. de heredibus inſtituendis. ⁊ quan-
tum ad hunc effectum non valet: quo ad quedam vero habet
vim legati, vt d. l. quoties. ⁊ quo ad alia de tali inſtitutione ex re
certa, quid iuris in ſequent. lib dicam.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Particulariter. Vide quod conſuluit Abb. in con-
ſi. lxiij. in ſecundo volumi. ⁊ Barba. in l. legatum. ⁊ ibi apoſt. ff.
de capi. diminu.

QVINTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

a **SI aliquis** in ſuo teſtamento inſti-
tuat heredẽ eccleſiã fra-
trum minorum, alias locum, Primo queritur
18 an inſtitutio valeat? † Et videtur quod non, nã
ſeruus, qui a domino regitur, non eſt capax eo-
rum, quorum dominus nõ eſt capax. vt ff. de he-
redib. inſtit. l. nõ minus. ⁊ de lega. j. l. ſi mihi, ⁊ tibi. §. ij. de acqui.
hered. l. ſi ſeruus eius. ⁊ de lega. ij. l. ſi Titio, ⁊ Meuio. C. de he-
redib. inſtit. l. neqꝫ per ſe. eadem ratione eccleſia que regitur per
fratres non debet eſſe capax eorum, quorum fratres nõ ſunt ca-
paces: puta ſi aliquis heredem inſtituat hoc modo, Stichũ ſer-
uum Titij heredẽ inſtituo. Contemplatione enim Titij vide-
tur eum inſtituere: licet ipſe inſtitutus alias Stichus non ſit li-
ber homo. C. de iu. delibe. l. cum aliquis. Ita in propoſito, cũ di-
co eccleſia fratrũ minorũ, cõtemplatione fratrum videtur facta
inſtitutio, ſed ipſi fratres nõ ſunt capaces: ergo, ⁊c. Preterea ſi-
cut idẽ eſt, inſtituere ciuitatẽ, ⁊ ciues, vt ff. de condi. ⁊ demonſ. l.
municipibus. ⁊ de rebus dub. l. ciuibus. ita videtur idẽ inſtitue-
re fratres, ⁊ eccleſiam fratrum minorum. Preterea, aut conſide-
ras eccleſiam pro collegio, vt not. quod cuiuſque vni. no. l. item
⁊ conſtat quod non valet, nam hereditatis non eſt capax. Si
conſideras eccleſiam pro muris ipſius eccleſie, ⁊ idem non
valet, nam hereditatis aditio requirit animum, ⁊c. Preterea
clementina, exiui videtur velle, quod eiuſdem conditionis ſit
eccleſie fratrum, cuius ſunt fratres: ſed fratres non poſſunt ca-
pere pecuniam, ita nec eccleſijs eorum debet offerri, vt in d. c.
exiui. de verbo. ſignifi. §. denique. Itẽ ſicut ipſi, ita eorũ eccleſie
debẽt eſſe humiles, ⁊ nõ exceſſiue, vt in d. cle. exiui de paradiſo.
§. hinc eſt etiã. ergo ſicut fratres ſunt incapaces, ita eorũ eccle.
Econtra qđ valet inſtitutio, nam declaratũ eſt in illo. c. exiij qui
19 ſeminat. † quod dominium eccleſiarum, ⁊ fratrum minorum per-
tinet ad eccleſiam Romanam. Idem poſtea dicit Joan. Papa
xxij. in illa extrauaganti que incip. Ad conditorem. in eccleſijs
⁊ alijs que vſu non conſumuntur. Si ergo ſunt eccleſie Roma-
ne, igitur eccleſie Romane acquiritur, ⁊ ſic valet. Preterea ec-
cleſia eſt vſus publicus, ⁊ in ea verſatur communis vtilitas, ⁊
ſ ius publicum. ff. de iuſtit. ⁊ iure. ergo poſito quod eccle. Ro-
b mane non queretur, ſaltem queretur Reipub. illius ciuitatis
cum in eius honorẽ videatur facta talis inſtitutio. caſus eſt in l.
ciuitatibus. de lega. j. ⁊ l. ſi quis. ⁊ l. Lucius. ff. de au. ⁊ argen. leg.
20 Solu. † Dicendum eſt ꝙ licet in religioſis, ⁊ alijs collegijs hoc
ſit quod ipſi non habent ius in eccleſia ⁊ ideo quod cõceditur
eccleſie, videtur concedi collegijs. De fratribus hoc dici non
poteſt, quia nullum ius habet eccleſia, ſed ſolum ſimplicem v-
c ſum facti, ⁊ eccleſia, ⁊ locus videntur vti precario, ⁊ receſſu
inde, cum dominus mutauerit voluntatem, vt d. c. exiij qui ſe-
minat.

m'nat. Unde quod dicitur de fratribus non poteſt referri ad ecclesiam, vt extra de priuil. c. per exemptionem. lib. vj. Licet ergo ſtatutum ſit, quod fratres non ſint capaces, tamen hoc de eccleſia non poteſt intelligi: ergo remanet in iure communi, ſecundū quod eccleſia poteſt inſtitui, vt C. de ſacroſan. eccl. l. j. ⁊ l. generaliter. Nō obſt. j. ratio, quia ſeruus regitur a domino iure proprietatis, ideo ipſius domini capacitas, ⁊ incapacitas inſpicitur: ſed fratres in eccleſia nullum ius habent. Non obſt. ſecunda ratio[d], quia cum dico eccleſia fratrum minorum, appono vt certa eccleſia demonſtraretur non vt fratrum contemplatione relinquatur: ſed ſecus cum dico, inſtituo Titium filium Sempronij, cum iam Sempronius eſſet mortuus, vt C. de vſufruc. l. fin. in fine. ⁊ ff. de hered. inſtit. l. his verbis. §. fin. cū fratres quo ad ipſa temporalia habeantur pro mortuis. Non obſt. tertia ratio, aliter enim habent ſe ciues ad ciuitatem, quia ciues habent ius in ea, ⁊ iuriſdictionem, ſed fratres nullum ius habēt in eccleſia vnde illa equiparatio procederet in alijs religioſis. Nō ob. quarta, quia bene erit perſona que poterit adire, vt dicetur in ſequen.
21 queſtione. Non obſt. quinta † ideo quia fateor quod ibi non debet ferri pecunia conuertenda in vſum pauperum: quia illud eſſet contrectatio pecunie non permiſſa, nec per regulam, nec per declaratores, vt ibi dicitur, ſed ibi ponitur pecunia in fabricam eccleſie conuertenda ita quod fratres ibi nihil haberent facere
22 tunc hoc non reperitur prohibitum. † Nec obſt. quod dicitur qd eccleſie eorum debent eſſe humiles, ⁊ non exceſſiue, quia fateor hoc tamen ad fabricaꝫ, ⁊ ſuſtentationem locorum, ⁊ eccleſiarum humilium poteſt quis inſtitutionem facere, ſicut ad aliam piam cauſam, vt infra proxi. diſtinct. ſatis enim mihi eſt dicere, quod illa eccleſia eſt capax, ⁊ ſic valet inſtitutio. Quid autem ſiet ſi eccleſia non indiget refectione vel fabrica, dicam in ſequen. libro dum de lega. tractabimus.

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶ Si aliquis. Vide Alex. in l. ſi mihi, ⁊ tibi. §. regula iuris. ff. de leg. j. ⁊ Bar. in conſi. v. incip. viſa quadam petitione. ⁊ in conſi. ſeq. incip. viſo teſtamento. vol. j. ⁊ Ioan. Cald. in conſ. xx. in tit. de teſtam. ⁊ omnino per do. Abb. in conſi. xxxij. in j. vol. inci. caſus contingentia.

b ¶ Eccleſie Romane. Adde quod contra bar. cōſuluerunt multi doctores. Vide Andr. Barb. in c. nos quidem. de teſtamen. vbi pleniſſime diſputat intellectum, ⁊ veritatem doctr. bar. hic.

c ¶ Simplicem vſum facti. Vide Abb. in conſi. lxuij. in ij. vol. inci. quedam dicta.

d ¶ Non obſt. ſecunda ratio. Vide Bar. in l. legatum. in ſi. de vſufruc. leg. ⁊ ibi Alex. in apoſtil. ⁊ Raph. Cuma. in conſ. clix. incip. viſo teſtamento. circa medium.

CAP. II.

a
23 SEd quid, ſi quis petit[a] ſeu adit hāc hereditatem, in qua eccleſia fratrum minorum eſt inſtituta: † Reſpond. dicta quorundam videmus inducere, quod hereditatis aditio non ſit neceſſaria, qd patet, quia dicunt in hereditate delata fiſco non eſſe neceſſariam aditionē, vt probatur ff. de iure fiſci. l. j. §. an bona, eadem ratione hic: inſtituitur enim eccleſia fratrum minorum, ⁊ per cōſequens eccleſia Romana, cuius eſt dicta eccleſia, ſed conſtat eccleſiam Romanam in predictis obtinere fiſci locum: ergo, ⁊c. Contrarium tenet glo. in verbo, an bona. in d. §. an bona. quod requiritur aditio per legem primam. C. de offic. procur. Ceſa. ⁊ eſt caſus ſ. de fideicommiſſ. lib. l. iiij. §. eadem conſtitutio, ⁊ §. ſeq. ⁊ idem, vbicūque in pias cauſas relinquitur hereditas, vt C. de Epiſcopis ⁊ cleri. l. ſi quis ad declinanda. &. §. ⁊ ſi quidē. ibi, hereditatē ſuſcipiāt, ⁊c. quod denotat aditionem hereditatis. Cum ergo neceſ-
24 ſaria ſit aditio, videndum eſt primo † per quem fiat aditio: ⁊ dico, qd ſumus Pontifex eſt principalis dominus. ⁊ rector eccleſiarum dictorum fratrum, ipſi vero fratres habent ſimplicem facti vſum, vt dictum eſt: ideo procurator, ſeu ſyndicus Romane eccleſie poterit indubitanter adire, ⁊ petere, ⁊ vendere ſecundum formam mandati quos procuratores poſſunt nomina-
b re fratres ex vigore literarum Pape Martini, quas literas in predictis, que fratribus relinquuntur, non puto corruptas, vt plene dicam in ſequen. lib. diſtinct. viij. ⁊ ſic nomine eccleſie adibunt, petent diſtrahent. Sed dictus ſyndicus non poſſet haberi: quia fratres eum nominare nollent, vel eſſet eis interdictum tunc poſſet adiri Epiſcopus. Nam dicta fabrica, ſcilicet, eccleſie conſtructio: ideo inſtituta eſt, vbi alius non reperitur, ⁊ tunc Epiſcopus poteſt hoc facere, vt C. de Epiſcopis ⁊ clericis l. nulli licere. ⁊ l. ſi quis ad declinandam. ⁊ in authenti. de eccle. tit. §. ſi quis in nomine. Adire enim Papam propter hoc eſt adeo difficile quod reputatur impoſſibile. l. apud Iulianum. §. ſinali. de legatis j. ⁊ ibi not. ⁊ licet eccleſia fratrum ſit exempta, tamen Epiſcopus potuit predicta facere, ſicut ſi eſſet relictum ad aliquam piam cauſam, ⁊ nihilominus pertineret hoc ad curiam Epiſcopi, vnde teſtator originem trahit, vt d. l. nulli. §. j. Sed ſi Epiſcopus non faceret, vel negligeret hereditatem, adire poſſet ciuitas, in qua eſt eccleſia, cum ibi etiam eccleſia pertinet ad honorem ⁊ vtilitatem ciuium. l. j. §. ius publicum. ⁊ ibi not ff. de iuſti. ⁊ iure. ⁊ ſic ad honorem, ⁊ vtilitatē ciuitatis, videtur facta inſtitutio, ⁊ ſic ciuitas poterit adire, ⁊ petere. l. ciuitatibus. ⁊ l. ſi quid relictum. de leg. j. l. Lucius. de auro ⁊ argen. leg. Vel poteſt dici ex predictis quod ſunt plures heredes inſolidum, qd eſt contra l. in condemnatione. §. vnicuique. de reg. iur. qr vnus ſolus eſt heres, ſcilicet illa pia cauſa, ⁊ cuius hereditatis iura exercet eccleſia Romana, ratione pleni iuris quod habet in eccleſia inſtituta, ⁊ Epiſcopus ratione generali quam habet in inſtitutione facta ad pias cauſas, ⁊ ciuitatis: quia pertinet ad honorem ciuitatis.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ Sed quid, ſi quis petit. Vide Barto. in conſi. v. ⁊ ibi ſcripſi, ⁊ vide Abb. in conſi. xxxij. in j. vol incip. caſus contingentia, in ij. col.

CAP. III.

25 PEr quem bona † dicte hereditatis petantur, ⁊ in vtilitatem eccleſie conuertantur. Reſpon. quādo ſit per ſyndicum Romane eccleſie eſt clarum, ⁊ quando per Epiſcopum ſimiliter eſt clarum. d. l. nulli. ⁊ l. ſi quis ad declinandum. Item
a quando ſit per ſyndicum communis[a], idem: ſi ad hoc mandatum habet. Puto etiam quod quilibet iudex ſecularis ex officio ſuo poterit conſtituere vnum, per quem predicta ſiant, argu. l. ij. de alim. ⁊ ciba leg. ⁊ de adminiſtrat. tuto. l. quoties. §. fin. in
26 d. c. exij qui ſeminat. §. ad hec cum fratres. † Item quilibet de populo poterit hoc deferre, ſicut bona que deferuntur in fiſcum l. ij. in princ. ff. de iure fiſci. ⁊ in l. nulli. §. fin. C. de Epiſco ⁊ cleri. ⁊ in authen. de eccle. tit. §. ſi quis autem pro redēptione. in ſi. ibi ⁊ omni alij ſit licentia mouendi huiuſmodi queſtionem, ⁊c. Reſpon. quia omnium intereſt. l. in prouinciali §. fin. ⁊ l. ſequen. de oper. noui nunciatio. ⁊ extra de reb. eccle. non alie. c. ſi quis pre-
27 ſbyterorum. † Quando autem aliquis petit, vt quilibet de populo, concludit ſic, ⁊ peto pronunciari hereditatem predictam pertinere ad dictam eccleſiam, ⁊ piam cauſam, ⁊ illum poſſeſſorem condemnari ad reſtituendum legitime perſone ad hoc deputate, ⁊c. licet enim ipſe agat, non debet concludere quod ſibi reſtituatur, l. hoc iure. ff. de ſolut. ⁊ l. ſed ſi tantum. de pact. Sicut dicimus in coniuncta perſona, vt not. in l. vero procuratori. ff. de ſolut. nullus tamen predictorum abſque mandato ſedis Apoſtolice poterit ad hoc ſe intromittere abſque fratrum voluntate dicam in ſequen. libro.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Per ſyndicum communis. Vide Bar. in conſi. inci. viſa quadam petitione. in ſi. ⁊ in conſi. ſeq. incip. viſo teſtamēto. ⁊ vide Abb. in conſi. xxxij. in j. vol. caſus contingentia.

QVINTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

28 QVid ſi fratres Minores † vel aliquis ipſorum heres inſtituatur adiecta cauſa, qꝫ dicta hereditas vendatur, ⁊ in neceſſitatem dictorum fratrum cōuertatur, an talis inſtitutio valebit: Videtur. qꝫ nō. Nā qn̄ iſtituit ille, qui eſt omnimodo nō capax, ⁊ rogat de reſtituendo ei qui capere nō poteſt, teſtamentū eſt nullum, vt C. de fideicōmiſſ. l. eaꝫ quam. ⁊ ibi no. per gl. ⁊ doc. ⁊ ibi patet, quia illud teſtamentum non poteſt valere, ex quo nō poteſt adiri hereditas. l. nemo. de teſta. tut ⁊ de his que in teſta. delen. l. proxime. ⁊ de regu. iur. l. nemo. ⁊c. Contrarium puto verum. Ad cuius inueſtigationem oportet, qd prius alterius que-
29 ſtionis veritatem inueſtigemus. Pone, quod aliquis † nulluꝫ fecit heredem in ſuo teſtamento, ſed ſuam hereditatem reliquit ad pias cauſas vel reliquit eam vendendam, vel diſtribuendā īter fratres an valeat: Et videtur qd non, quia nō ſubeſt perſona in qua ius, ⁊ nomen heredis cadat ſicut quando inſtituitur heres ille qui iam eſt mortuus, non valet: ſed pro non ſcripto eſt l. j. in princ. C de cadu. tol. Contrarium puto verum: nam in iſtis pijs cauſis ſufficit quod hereditas ad piā cauſam relinquatur, vt in redemptione captiuorum, ⁊ in conſtructione eccleſie, vel alimētis pauperū, ⁊ ſimiliū, vt C. de Epiſc. ⁊ cler. l. ſi quis ad declinandum. ⁊ in auth. de eccle. tit. §. ſi quis autē pro redemptione. Preterea cōſtat. qd fratres minores ſunt pauperes, ⁊ in ſumma paupertate. ſed quando pauperibus, ⁊ in eorum alimentis, ⁊ neceſſitatibus relinquitur videtur relictū toti ciuitati, cuius intereſt vt pauperibus alimēta nō deſint, vt C. de ſacroſan. eccl. l. priuile

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

gia.⁊ eſt expreſſum ff.de leg.j.l. ciuitatibus. Non obſt.qđ dici-
tur,quod non ſubſit perſona:quia hoc nego,quia perſonam ſuſ-
tinebit Epiſcopus,vel Reſpublica,vt dixi ſ.in proxi.diſtinct.⁊
30 omnia que ibi dixi hic poſſunt repeti. Nunc ad ſolutionē que-
ſtionis primo propoſite redeo,⁊ dico,quod talis īſtitutio valet,
licet perſona fratrum minorum, quia non ſunt capaces, ſubdu-
catur ⁊ pro non ſcripto habeatur,tamē remanet cauſa, propter
quam inſtitutio valet, ⁊ conſolidatur, vt ſ.dixi. Pro hoc facit
31 †in auth.de eccle.tit.§.ſi quis autem vnum ſanctorum.vbi ſi ali-
quis inſtituit aliquem Sanctum, cuius eccleſia, vel oratorium
non reperiretur,tamen capiet Epiſcopus. Inſtituēdo aliquem
ſanctorum de neceſſitate intelligitur inſtituta memoria,ſeu reuē
rentia eius ſcilicet vt in eius laudem, ⁊ reuerentiam hereditas
expendatur. Nec obſt.quod dicebatur in contrarium, quia fidei
commiſſum non poteſt per ſe ſubſiſtere,niſi adeatur hereditas.
l.ille a quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebell.ſed in talem cauſaʒ
poteſt ſubſtineri inſtitutio heredis, licet pſona non ſit, ⁊ ſic ex
tali cauſa inſtitutionis poterit adiri hereditas.Sed contra pre-
dicta facit quod dictum eſt ſ.in j.diſtinct. vbi dixi quod ſi fra-
tres inſtituantur,non valet inſtitutio, ⁊ tamen conſtat quod il-
la inſtitutio non fuit facta ad alium finem, niſi quod hereditas
in neceſſitatem fratrum expendatur. Reſpon. quod teſtator ad
hunc finem reliquerit,eſt quedam preſumptio verbis nō expreſ
ſa nec de neceſſitate intellecta,ideo inſtitutio heredis illa cauſa
ſubintellecta non ſufficit,quia debet teſtator,id quod inſtitutio
continet propria voce exprimere, vt C. de teſtam.l. iubemus. ⁊
ff.de teſtam.l.heredes palam.in prin.ſed in caſu noſtro cauſam
expreſſit:ergo,⁊c.Sed contra predictam ſolutionem facit d.§ ſi
quis autem.vbi cauſam non expreſſit,⁊ tamen ſufficit ſolutio, vt
de neceſſitate intelligatur relicta hereditas ob memoriam , vel
reuerentiam Sancti. Stultus enim fuiſſet teſtator qui cogitaſ-
ſet Sanctum,qui eſt in vita eterna, acceptare hereditatem ; ſed
quando inſtituuntur fratres minores,potuit teſtator aliter ſen
tire,vt notatur in illa conſtitutione, exijt qui ſeminat.§. ad hec,
de verborum ſignific.libro ſexto.

## SEXTA DISTINCTIO.

### CAP. PRIMVM.

32 Vero In quibuſdam† eccleſijs fratrum
minorum conſueuerunt preponi
homines ſeculares ad cuſtodiam altaris,ſeu al
terius beneficij,vel eccleſie, modo pone qđ ali-
quis inſtituit heredē guardianum altaris, ſeu
eccleſie fratrum minorum, an valeat talis inſti
tutio? Reſpon.cum talis inſtituitur, ipſum altare,ſeu ipſa eccle
ſia inſtitui videtur, vt expreſſe dicitur in tex.⁊ gl.in verb. nomi-
natorum ff.de annu.lega l.annua.§.Attia.ſed ſupra determina-
tum eſt,ſcilicet valere talem inſtitutionem factam de eccleſia , ⁊
idem puto de altari eadem ratione.⁊ hec inſtitutio debet vale-
re,⁊ omnia que ibi dixi poſſunt repeti. Hoc tamen hic ſi plus
eſt,quia iſte guardianus laicus videtur executor electus, ⁊ de-
bet talem diſtributionem facere,⁊ poſſet actiones mouere,ven-
dere omnia,⁊ ſingula facere.d.l.nulli ⁊ ſi quis ad declinandam.
C.de Epiſc. ⁊ cler.⁊ in authen. de eccle.tit.§. ſi quis autem pro
redemptione. Hortor tamen fratres minores ob reuerentiam
Domini noſtri Ieſu Chriſti,⁊ beati Franciſci,vt tales guardia
nos in fraudem non habeant,⁊ eos inſtitui non procurent, hoc
enim puritati eorum regule repugnaret.

### CAP. II.

33 Vid,ſi talis Guardianus† eccleſie, vel
altaris,eſſet vnus de fratri-
bus minoribus? Reſpon.puto talem inſtitutionem
valere:quia ſubducta perſona talis fratris , remanet
inſtituta eccleſia,cuius inſtitutio valet,ſicut dixi ea.ſ. proxi. di-
ſtin.⁊ ſic teſtamentum eſt diligenter aduertendum,an dicat te-
ſtator,inſtituo guardianum fratrum minorum,⁊ tunc non valet
vt dictum eſt,an dicat,inſtituo guardianum eccleſie,vel altaris
⁊ tunc valet,ſicut ſi eſſet inſtituta eccleſia.

### CAP. III.

34 AN autem effectus talis† inſtitutionis trāſ
eat ad alios guardianos eccle.
vel altaris,qui pro tempore ſubrogantur in dictis ec
cleſijs : puto quod ſic, vt expreſſe dicit text.in dicta
l.annua.§. Attia.ſed contra hoc facit, quod not.per Innoc.ex-
tra de offic.deleg.c.fin.ſed alio caſu loquitur ſi bene aduertatur.
Item contra predicta facit ff.de leg.ij.l.ſi Auguſte.ſed ſolue, vt
ibi not.per doct.⁊ gloſ.

## SEPTIMA DISTINCTIO.

### CAP. I.

35 Vid ſi inſtituantur Fratres Minores
ſancti Franciſci: †Iſta queſtio ha
bet plus dubij , quia fratres ſancti Franciſci
ſunt fratres minores,de quib9 ſupra diximus.
Item ſancti Franciſci ſunt fratres de peniten
tia tertij ordinis ſancti Franciſci , ⁊ ſic poteſt
dubitari de quibus intelligatur,⁊ videtur quod debeat intelligi
de fratribus tertij ordinis.Nam debet intelligi in dubio eo mo
do quō valeat,non eo modo quo pereat,vt l.quoties.⁊ in l.i am
biguo.de rebus dub. ⁊ de verbo.obliga.l.quoties.ſʒ ſi intelliga
mus de fratribus minoribus nō valeret,vt dictum eſt. Si enim
36 intelligamus† de fratribus tertij ordinis, valet : quia predicti
fratres poſſunt habere in proprio, ⁊ communi , vt dicitur extra
de ſentent.excommunicat.c.cum ex eo.in clement.⁊ ibi not.ergo
videtur quod de eis debeamus intelligere.Contra,quia hec ap
pellatio fratris ſancti Franciſci per prius dicitur de fratribus
minoribus, ⁊ per poſterius dicitur de fratribus penitentie.er
go de illis debet intelligi,vt ff.ſi ag.vectig.vel emphyt.pe.l.in
fin.de lega.ij.l.legatis.⁊ de verbo.ſignifi.l.in lege cenſoria. Pre
terea communis vſus loquendi ſic ſe habet quod fratres mino
res appellantur fratres ſancti Franciſci:illi vero,fratres de pe
37 nitentia.d.c.cum ex eo.ergo,⁊c huic autem vſui ſtare debemus
l.cum de lanionis.§.aſinam.de fun.inſtru.⁊ l.librorum. §. quod
tamen Caſſius.⁊ ibi not.de leg.iij.⁊ l. Labeo.⁊ de ſuppellec.le
ga.⁊ hec puto vera,niſi ex aliquibus coniecturis appareret qđ
de fratribus penitentie ſenſerit , puta ſi in aliqua parte teſta
menti, de eis fecerit mentionem, arg. de leg.j.l. qui filiabus.in
princip.vel ſi alique alie coniecture legitime adpareant,⁊c.

# Liber ſecundus Minoricarū.

1 Legatum pecunie factum fratribus minoribus tenet,ſi non
eſt in maxima quantitate, ⁊ conuertitur per alios in eorum ne-
ceſſitates.
2 Legatum pecunie factum minoribus in maxima quantitate pre
ſumitur in fraudem.
3 Declaratio quantitatis pecunie relicte fratribus , an magna,
vel parua ſit,pertinet ad miniſtrum,vel cuſtodem.
4 Legata ſi eſt quantitas immoderata fratribus, ſuperfluum re-
ſeruabitur pro neceſſitatibus futuris.⁊ nu 6.
5 Legatum pecunie factum fratribus minoribus ſimpliciter intel
ligitur pro neceſſitatibus imminentibus.
7 Fratres,imminente neceſſitate, petent ſuperfluum extraiudi-
cialiter per modum eleemoſyne.
8 Fratres non poſſunt recipere diuerſa legata in diuerſis teſta
mentis eiſdem facta,que coaceruata faciant ſummam immode
ratam,ſed,neceſſitate ſuperueniente,recipiant que primo reno
runt ad ſoluendum,
9 Legata re immobili fratribus, que vſu non conſumitur,alio
modo illicito contra eorum regulam, tunc non debetur inſtitu
tio,ſecus ſi aliter eſt licitus.
10 Edificium ſi legatur fratribus minoribus, vt ibi conſtruatur lo
cus,vel diuinum officium celebretur per fratres,videlicet ibi ha
trantes,legatum non vt quod iuſſit teſtator obſeruetur,ſed in
aliam cauſam transferatur.⁊ nu.12.
11 Impoſſibile de iure videtur, quod per ſolum Principem expe
ditur.
13 Tranſlatio legati facti de edificio relicto a fratribus minoribus
vt ibi conſtruatur locus,per quem fieri poſſit.⁊ nu 15.
14 Iudex magis fauere debet volūtati eius cui relinquitur, quam
eius,a quo relictum eſt.
16 Legatum factum fratribus de re mobili,vel immobili, ob cau
ſam,vel modum licitum tenet.
17 Legatum factum fratribus ad vnam cauſam,illa cauſa finita ſu
perfluum debet commutari in aliam cauſam.
18 Legatum factum fratribus ad vnam cauſam ſi illa ceſſat , com
mutatur in aliam,⁊ legatum tenet.
19 Legatum generaliter factum fratribus, ſine modi expreſſione
valet ⁊ intelligitur expreſſus modus qui perſone legitime con
gruet,dum tamen moderata ſit ſumma.
20 Dominium rerum legatarum fratribus minoribus remanet
apud heredem.
21 Relictum factum pro neceſſitate pauperum videtur factum illi
ciuitati cuius pauperibus relinquitur.

22 Dominium rerum legatarum recta via non tranſit in legatarium quando relinquunt ur per quandam conſequentiam.

23 Dominium panni pro veſtimentis, vini, ⁊ frumenti legati fratribus penes quem remaneat.

24 Pecunia legata in ſpecie pro vſu fratrum trāſmutatur in aliam ſpeciem.

25 Legata res fratribus minoribus cuius pretium conuertitur in eorum neceſſitatem vendi poteſt per heredem, per executores, per Epiſcopum, ⁊ iudicem ſecularem ex officio.

26 Iudex ſecularis vendit ex officio res legatas fratribus minoribus, quando heredes ⁊ executores fuerunt in mora conſtituti, ſaltem bina monitione.

27 Conuentus fratrum minorum, licet non habeat dominium rerum legatarum, habet tamen actionem perſonalem.

28 Legari, vel donari poteſt vni fratri ſingulariter, ⁊ per guardianum, vel cuſtodem in vtilitatem dicti fratris primo conuerti.

29 Legatum ſingulariter factum vni fratri non debet ad petitionem ipſius ſolui, ſed guardiani.

30 Frater minor non poteſt eſſe executor.

31 Relictum factum fratri ſingulariter, vltra eius neceſſitatem cōuertitur in vtilitatem communem conuentus.

32 Legatum annuum factum fratribus minoribus, licet non valet, valet tamen quod ius percipiendi venditur, ⁊ in neceſſitatem eorum conuertitur.

33 Annui reditus computantur inter immobilia.

34 Legatum diurnum, vel menſtruum factum fratribus, quomodo valeat.

35 Legatum annuum factum fratribus minoribus, vſq; ad certum tempus non valet, ⁊ fratres a dictó legato debent abſtinere.

36 Legatum annuum factum in vim conditionis non valet, nec fratribus licet accipere.

37 Legans fratribus minoribus ipſis fratribus nō eſt obligatus.

38 Obligatio duobus modis intelligi poteſt.

39 Legatum factū pauperibus alicuius ciuitatis cenſetur factum ciuitati, ⁊ ipſi ciuitati acquiritur obligatio.

40 Fratres minores petere poſſunt extraiudicialiter legata eiſdē facta, in iudicio non.

41 Reſpublica, vel eius ſyndicus, vel quilibet de populo poteſt petere in iudicio legatum factū fratribus minoribus. Item Epiſcopus, ⁊ iudex ſecularis ex officio. Fratres minores caueant ne aſſiſtant petentibus pro eis legata eiſdem relicta.

42 Innocentius Papa quartus, conceſſit fratribus minoribus poſſe conſtituere ſyndicum.

43 Martinus Papa eandem conceſſionem, ⁊ ampliorem fecit dictis fratribus.

44 Leo Papa xxij. aliqualiter dictas conceſſiones reuocauit.

45 Fratres minores poſſunt, abſque licentia ſedis apoſtolice conſtituere ſyndicum ad vendendum libros.

46 Fratres minores habent generalem procuratorem in curia electum in capitulo generali, per generalem miniſtrum.

47 Fratres minores habent etiam procuratores ſpeciales, quos procuratores conuentus appellant.
Officium procuratoris conuentur quale ſit.

48 Communitates terrarum per ſtatuta poſſunt conſtituere ſyndicum qui relicta obueniētia fratribus minoribus petat, ⁊ alijs

49 Fratribus licet procurare, vt eis ſyndicus conſtituatur non tamen ad litigia.

50 Ciuitas poteſt conſtituere ſyndicū fratribus minoribus, quem ipſi fratres nominabunt.
Cautela in conſtituendo ſyndicum ne repugnet regule fratrum ⁊ num. 58.

51 Syndicus poteſt conſtitui, vt etiam alium loco ipſius ſubſtituat.

52 Statutum quod quis in iudicio fratrum minorum nomine compareat, non valet

53 Poteſtas ſyndici pro fratribus conſtituti a ciuitaie qualis ſit.

54 Guardianus cum capitulo, ⁊ cuſtodibus, quomodo poſſunt facere laicum eorum procuratorem, ⁊ ſyndicum.

55 Verba in contractibus impropriantur, vt ad materiam adaptentur.

56 Caueant fratres ne conſtituant ſyndicum ad lites. ⁊ num. 57.

58 Syndicus a fratribus conſtitutus non poteſt nomine fratrum agere contra heredem a quo factū eſt legatum, ⁊ quomodo agere debet.

59 Syndicus a fratribus nominatus eiſdem legatū contra voluntatem heredis vendidit, dominium non transfertur in emptorē, ⁊ qua exceptione erit tutus emptor ſi per heeedem vendicetur.

60 Fratres minores contra ſyndicum per eos nominatum nullam habent actionem.

## PRIMA DISTINCTIO.

### CAP. PRIMVM.

1 PRimo† quero Quando fratribus
minoribus legatur, ſeu relinquitur pe-
cunia, an valeat: Et videtur quod non
cum in regula ſit expreſſum, ne fratres
recipiant per ſe, vel p alios pecu iā, vel
denarios vllo modo, tamen Nicolaus
determinauit quod talia legata valent,
ſi in fratrum neceſſitatem conuertan-
tur per alios, prout in eleemoſynis, que viuentibus largiuntur.
Idem videtur expreſſum in dicto cap. exijt qui ſeminat. §. cete-
rum. cum in eadem regula ⁊ §. ad hec cum fratres. hoc tamen in
2 telligi debet, †dummodo quantitas non ſit tantum exceſſiua
quod poſſit preſumi in fraudem, vt dixi in preceden. lib. ij. di-
ſtinct. hoc etiam dicitur in cap. exiui. §. cupientes. ibi, nec licet
eis valorem ⁊c. ⁊ dicto cap. exijt qui ſeminat. §. ad hec cum fra-
tres. vbi ſolum reſtringit ad ea que fratribus pro eorum neceſſi
tate ſunt neceſſaria, debet tamen hoc intelligi in quantitate mo
derata.

### CAP. II.

a QVis arbitrabitur a an quātitas ſit moderata?
Circa hoc Nicolaus predictus in dicto ca. inſuper.
verſi. hoc autem, loquitur ſecundum exigentiam per
ſonarum, miniſtri ⁊ cuſtodes ſimul ⁊ ſeparatim in ſuis admini-
ſtrationibus ⁊ cuſtodijs cum talibus interdū perſonarum qua
litas, temporum varietas, locorum conditio, ⁊ nonnulle alie cir-
cunſtantie plus minuſve actualiter requirant prouideri, ita ta-
men ſic faciant quod ſemper in eis, ⁊ eorum actibus paupertas
3 perfecta reluceat, ⁊c. Ex predictis liquet †quod declaratio, que
ſit quantitas moderata, ad miniſtros, ſeu cuſtodes pertinet: nō
poſſet igitur eam facere guardianus, ⁊ conuentus, ſi ſup ex hoc
emergeret dubitatio. Apparet igitur quod ſiue dicta quanti-
tas ſit exponenda in neceſſitate conuentus, ſiue in neceſſitate
certi fratris, dicta declaratio pertinet ad miniſtrum, ⁊ cuſtodes,
ſi ſuper hoc dubitetur, quod apparet ibi dum dicit, perſonarum
qualitas.

ADDITIO.

a Thom. Dip. ¶ Quis arbitrabitur. Vide, Raph. Cum. in conſ.
clxix. incip. viſo teſtamento. verſic. quinetiam non dicitur.

### CAP. III.

4 QVando autē eſſet †quantitas immoderata
quid fiet de ſuperfluo? ⁊ hic diligen
ter attendenda ſunt, verba clem. exiui de paradiſo §.
cupientes. vbi Papa ſic ait. Nec licet eis valorē he-
reditatum talium vel tantam earum partem quod preſumi poſ-
ſet hoc in fraudē fieri, quaſi ſub modo ⁊ forma legati ſibi dimitti
facere, aut ſic dimiſſa recipere, ⁊c. Aduertendum eſt igitur, quod
hic Papa non irritat legatum, nec heredes eorum a quibus re-
lictum eſt liberat, ſed limitat receptionem fiendam a fratribus.
Vult enim quod fratres non poſſint recipere, quando talis re-
ceptio preſumeretur in fraudem, vt in preceden. lib. ij. diſtinc. eſt
decelaratum: quod tunc debet fieri in fraudem, quando eſſet tan
ta quātitas quod eius receptio magis ſaperet theſaurizari, quā
ob imminentes neceſſitates recipere. Item expreſſe, ſciendū eſt
5 †quod relictum factum fratribus quantūcunq; ſimpliciter in-
telligitur factum ob neceſſitates imminentes, d. c. exijt qui ſemi-
nat. §. ad hec cum fratres. ⁊ de iure ciuili diſpoſitum eſt quod re
lictum factum ob aliquam neceſſitatē imminentem debetur, non
aliter. ff. quando dies lega. ced. l. nec ſemel. §. ſi in habitationē.
6 In propoſita ergo queſtione †ab initio de quantitate legata da
bitur fratribus per perſonas conſtitutas ad hoc ſecundum for-
mam illius conſtitutionis exijt qui ſeminat dabitur moderata,
dico, quod dabitur ſecundum quod imminens neceſſitas requi-
rit, ſiue neceſſitas que inſtantiſſime habeat tractatum, vt i dicta
clem. exiui declaratur. reſiduum vero tunc fratres non poſſunt
recipere, ⁊ ſi nunquam ſuperuenerit neceſſitas nunquam recipe
re poſſent, ſed alia neceſſitate ſuperueniente, licite illud ſuper-
fluum poſſent recipere nec enim receptio poſſet preſumi in frau
dem, nec animo theſaurizandi, cum ob imminentem neceſſita-
7 tem recipitur illud: † ergo ſuperfluum imminente neceſſita-

te petant fratres per modum cuiuſdam eleemoſyne conſidēter
extra iudicium cum in iudicio nullo modo poſſint, vt j. dicetur.
8 †Quid autem ſi in diuerſorum teſtamentis varie quātitates fra
tribus relinquātur, quarum quelibet per ſe immoderatā quan-
titatem non facit, ſed omni cumulatione facta efficitur quātitas
immoderata, an fratribus accipere liceat. Reſpond. non puto:
quia ſi omnia verba regule, ⁊ dictarum Decretalium diligen-
ter inſpiciantur, ſemper ſe referunt, vt liceat recipere pro fratrū
neceſſitatibus vt. d. §. inſuper. ⁊ §. ad hec cū fratres. ego puto, ꝙ
pro ſua neceſſitate tunc imminente recipiant que primo vene-
runt ad ſoluēdum, arg C. de iure delibe. l. ſcimus. §. ⁊ ſi prefatā.
ab alijs nō recipiant, tunc recepturi cum neceſſitas ſuperueniat,
vt in precedenti cap. dictum eſt.

SEGVNDA DISTINCTIO.

CAP. I.

9 ALiquando contingit †quod immobilia ⁊ ea que vſu nō cō
ſumuntur fratribus relinquuntur adiecto mo-
do, ſecundum quem fratribus non licet exigere,
an valeat relictum, vel ſaltem eſtimatio fratri-
bus debeatur: Videtur ſecundum quod etiam
in precedenti libro dictum eſt quando hereditas fratribus per
fideicommiſſum relinquitur. ¶ Preterea de legato ſubducitur
omnis impoſſibilitas. l. obtinuit. ff. de conditionibus ⁊ demōſt.
⁊ C. de inſtitutio. ⁊ ſubſtitutio. l. reprehendenda. ergo ille mod⁹
qui fratribus eſt de iure impoſſibilis, rejicietur, qꝛ ſi modus le-
gati non poteſt conſeruari, debet tranſmutari in alium modum
poſſibilem. l. legatum. de vſufructu legato. Contrarium videtur
expreſſe in d. §. ad hec quia fratribus ipſis interdū. vbi Papa
ſic ait dicens, quod ſi teſtator modum ſecundum quē fratribus
eorum conditione inſpecta recipere non liceret, exprimat in le-
gando, vt ſi legaret fratribus vineam, vel agrum colendum, vel
domum locandam, ⁊ ſimilia verba in ſimilibus proferret, aut in
modos ſimiles, in relinquēdo ſeruaret, a tali legato, ⁊ eius rece-
ptione per omnem modum fratres abſtineant, ⁊c. Ex hoc enim
quod dicit per omnem modum apparet quod etiam eſtimatio-
nem recipere non debeant. Nam modus recipiendi legatum eſt
eſtimationem recipere. l. ſi domus. §. qui confitetur. de lega. j. l.
non dubium. §. fin. de leg. iij. Sol. dicendum eſt, quod ſi modus
adiectus eſt illicitus fratribus minoribus inſpecta conditione
ipſorum, quia tunc etiam eſtimatio non debetur nec poteſt reci
pi, in tantum enim ſanctiſſimus Pontifex odit eum qui modū
repugnantem regule adijcit, vt pro eo talem eleemoſynam om-
nino fratres recipere prohibeat, vt dicta verba manifeſte dicūt.
Si vero modus eſſet illicitus fratribus, non quia contra regu-
lam fratrum minorum, ſed quia ſic eſſet in quolibet religioſo, tūc
tale legatum licet recipere, vt in ſeq. cap. dicetur. Non obſt. ra-
tio prima in contrarium, quia vbi retentio ipſius rei relicte re-
pugnat fratribus, ipſum legatum non eſt modificatum aliquo
modo repugnanti ipſi regule, ⁊ ideo a iure modificatur modo li
cito. In q. vero noſtra ſecus. non obſt. ſecunda ratio, quia hoc
ſpeciale, quia impoſſibilitas nō ſubducitur ratiōe predicta. Nō
obſt. tertia ratio, quia illud verum, vbi modus eſſet illicitus ra-
tione regule, vt ſupra dictum eſt, ⁊ infra proxi. dicetur, ⁊c.

CAP. II.

a
10 DOne, Aliquis [a] reliquit †fratribus edificia, vt
ibi conſtruatur locus fratrum, vel vt ibi
diuinum officium celebretur per ipſos fratres ibi in-
trantes, an valeat tale relictum: Et videtur qȯ non,
quia fratribus non licet recipere hoc ſine ſummi Pontificis li
centia ſpeciali, vt extra de exceſſ. prelat. c. j. lib. vj. Sed iſtud qȯ
11 non poteſt expediri niſi per ſolum Papam videtur impoſſibi
le de iure. l. apud Iulianum. §. fin. de leg. j. ⁊ not. per glo. in verb.
relicte ſint. ff. de verb. oblig. l. cōtinuus. §. cum quis. ⁊ per Dyn.
de regu. iur. quod ſemel Deo dedicatum eſt. lib. vj. ⁊ iſtud vide-
tur relictum ſub modo impoſſibili: ergo ſecundum ea que dicta
ſunt, nullo modo fratribus per illum modum licet recipere.
12 Econtra videtur, quod legatum valeat, non vt illud quod teſta
tor iuſſit obſeruetur, ſed vt in aliam cauſam transferatur, vt me-
moria ⁊ ſalus anime defuncti ſeruetur. l. legatum. de vſufru. leg.
⁊ de adminiſt. re. ad ciuit. pert. l. legatum. ij. reſpō. Et iſtam par
tem puto veram. Non obſt. contrarium: illud vero quando mo-
dus continet impoſſibilitatem vigore regule, ⁊ conditionis fra-
trum minorum, ſed hoc, ſcilicet capere nouum locum non eſt eis
interdictum, ideo quia fratres minores, quia ſic eſt in quolibet
mendicante, vt d. c. j. extra de priuil. lib. vj.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ Pone. Aliquis. Vide plene per Andr. Barba.
in cap. vos quidem de teſtamen.

CAP. III.

13 PEr quem autem fiat [a] iſta †talis commutatio in
aliud, dubitatur. nam quedā iura videtur vel-
le quod poſſet fieri ſine authoritate Principis, ſiue
Pontificis. l. j. ⁊ l. legatam. in princi. de admi. rerum
ad ci. perti. ij. reſpon. ⁊ de relig. do. c. j. circa prin. in cle. Quedam
alia videtur velle quod fiat de voluntate vtriuſqꝫ partis, ſ. eius
cui relinquitur, ⁊ eius a quo relinquitur. d. l. legatum. de vſufru.
lega. In eo quod dicit, adhibitis primatibus ciuitatis, ho. eſt
his, qui regunt ipſam ciuitatem, cui eſt relictum, ⁊ heredibus a
quibus eſt relictum, vt d. l. legatum. ij. reſpon. de admi. re. ad ci-
ui. pertin. Quedam iura videntur velle, ꝙ ſtetur voluntati eius
cui relinquitur. d. l. legatam. ij. reſpon. verſi. ſi vero plures. ibi, in
vnum opus quod ciuitas velit erogari, ⁊c. Solut. dicendum eſt
quod quādoqꝫ illud quod teſtator iuſſit fieri in re, vel de re quā
relinquit poteſt licite fieri de iure, ⁊ de facto, ⁊ tunc illud nō po
teſt in aliū transferri ſine permiſſione principis. Ita loquuntur
iura primo allegata. Quandoqꝫ non poteſt fieri de iure, ⁊ tunc
debet fieri tranſmutatio de conſenſu vtriuſque partis, vt d. l. le-
gatum, de vſufruct. lega. Quandoqꝫ poteſt fieri de iure. ſed non
de facto, ⁊ tunc idem, quia poteſt fieri tranſmutatio de conſenſu
vtriuſque partis, puta ſi pecunia legata non ſufficit. d. l. legatā.
ſecundo reſpon. de admi. re. ad ciui. pertinent. Idem ſi aliud eſ-
ſet impedimentum facti eadem ratione: ſed ſi partes eſſent in
diſcordia, tunc iudex erit medius, cuius authoritati ſtabitur, ar-
14 gūm. C. de nup. l. j. ⁊ l. in cōiunctione. quia iudex †magis fauebit
volūtati eius, cui relinquitur, quam eius a quo relictum eſt, d. l.
legatam. §. ſi vero plures. ⁊ argu. l. de die. ff. qui ſatiſda. cogan.
15 Nunc ad propoſitum dico, quod illa tranſmutatio fiet ad alium
vſum pium per iudicem volente herede, ⁊ miniſtro, ſeu cuſtode
fratrum, quibus hoc permiſſum, argu. eorum que dixi in prece-
denti diſtinctione. Et ſi eſſent diſcordes, iudex erit medius non
quod ipſe miniſter, ſeu cuſtodes prouocentur ad iudicium, quo-
niam ad iudicium pro nulla re temporali eſſe poſſunt, ſed quan-
do heres prouocaretur ab alio, cui hoc permittitur, ſecundum
ea que in precedenti libro dicta ſunt, ⁊ infra dicentur, tunc ipſe
miniſter, ſeu cuſtos poterit eſſe coram iudice ſuper hoc volunta
tem declarare. Nam eſſe in iudicio hoc ipſi non eſt prohibitum,
non enim in eius perſona ſubſtantiatur iudicium, ſicut poteſt
eſſe in iudicio, vt teſtis, vt extra de teſtib. c. nuper.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Per quem autem fiat. Vide per Andr. Barba.
c. vos quidem. de teſta. vbi plene examinat doctrinam Bartol.
hic ad quem me remitto.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. I.

16 QVandoque relinquūtur †fratribus res mobiles, vel im-
mobiles ob cauſam, vel modum licitum, an va-
leat, vt puta ſi relinquatur, vt res vendatur, ⁊ in
neceſſitatem conuertatur. Nicolaus Papa in
c. exijt qui ſeminat. §. ad hec qꝛ fratribus, deter-
minauit quod valet: ſed tamen, ſi pretium ipſarum rerum face-
ret quantitatem immoderatā, dic, vt dixi in predicta diſtinctio-
ne quando relinquitur pecunia. Item non intelligas quod do-
minium earum rerū trāſeat in fratres, ſicut in alios legatarios,
ſed cuius ſit dominium dices ſtatim in ſequenti diſtinctione.

CAP. II.

17 SEd pone quod †dicte res relinquūtur fra-
tribus ad vnā certā cauſam, pu-
ta pro fratribus induēdis, ⁊ tota quātitas que ex di-
ctis rebus redigitur non expenditur in illā cauſam,
quid iuris et de ſuperfluo: Reſpōd. hoc in legato nō habemus ex-
preſſum, ſꝫ in eleemoſyna data inter viuos bene declarauit dictus
Nicolaus in d. c. exijt, qui ſeminat. §. qꝛ vero puritatē. vbi ſic ait.
Cum in predictis caſibus ad determinatā neceſſitatem, vt pre-
dicitur, pecuniā per aliquem concedi contigerit pecunia eroga-
ri poſſet a fratribus quod ſi quidem de ipſa pecunia habita ne-
ceſſitate determinata ſupererit cōcedat ipſe concedens qȯ reſi-
duum dicte pecunie in res alias pro alijs ipſorum fratrū neceſ-
ſitatibus conuertatur quod nō conſentiēte pro predictis ipſum
reſiduū ſi quidem fuerit, reſtituatur eidē, ⁊c. Ex quibus videtur
quod remanere debet dominij reſiduum apud heredem, ſi regi-
tus a fratribus conſentire voluerit. Contrariū tamen eſt verum.
Nam licet ille qui concedit dum viuit poſſet reuocare, tamē hoc
heredi eius non permittitur, vt ff. de ſer. expor. l. iiij. ⁊ qui ſine
manu. ad li. perue. l. iij. §. fi. ⁊ hoc etiam videtur declarari in di-
cto capitu. exijt. qui ſeminat. §. in eo vero caſu ibi, non obſtante
concedentis

concedentis morte, vel heredis contradictione, cum ergo con‑tradicere non poteſt, ⁊ in dictam cauſam conuerti non poſſit, q᷑ cauſa eſt finita, debebit commutari in aliā cauſam eo modo quo dixi .ſ. in precedenti diſtinctione.

CAP. III.

18 Donamus † quod pecunia, vel aliud relictum ob certam neceſſitatem, que tamē neceſſitas non imminet, vt puta relicta eſt pecunia pro fratribus induendis eo anno cum alijs de hoc iam fratribus prouiderat. Nam iſta legata alimenta que recipiunt non poſſunt diu circa idem duplicari, vt ff. de alimē. ⁊ cib. leg. l. alimenta. §. baſilice. vel pone quod relictaꝫ eſt pecunia pro emendo vnum calicem, vel pro emendo paramenta cū habeant calicem, ⁊ paramenta ſufficientia, quid fiet de illo relicto hoc videtur declaratum in illa conſtitutione, exiui de paradiſo. §. quamuis etiam paramēta, quod ſuperfluitas, aut nimia curioſitas in his, ⁊ in alijs non poteſt eorum ſtatui conuenire. Et ex his videtur, quod tale legatum fratres nullo mō recipere poſſunt. nam videtur expreſſus modus illicitus ex illa regula ⁊ ex conditione fratrum. Nam ⁊ in alijs religioſis fratribus iſta duplicitas vaſorum, ⁊ paramentorum non damnatur, vt C. de ſacroſan. eccle. aut. preterea ſi habeat, vt dixi in precedenti diſtinctione. Contrarium dico, ⁊ eſt caſus ff. de ope. pu. l. ſi. in ꝑnc. Non obſtat contrarium, quia in caſu noſtro non expreſſit teſtator modum illicitum ex ipſa regula, imo licitum, licet enim fratribus paramenta habere, ⁊ calicem ⁊ dicta cauſa efficitur illicita, ex antecedenti, ſcilicet quod fratres reperiuntur habere alia vaſa, ſecus ſi teſtator dixiſſet, lego pro emendis paramentis, ⁊ vaſis ſuperfluis: quia tunc preſumeretur modus ex virtute ipſius regule reprobatus.

CAP. IIII.

Ex predictis manifeſte apparet deciſio illarum queſtionum, quas tetigi in precedenti lib. ſcilicet, quando eccleſia inſtituitur heres, vel, facta ipſius eccleſie refectione, pecunia ſuperfluat, vel eccleſia, ſeu locus eſt adeo perfectus vt refectione non eget cum ſit declaratum in dicta conſtitutione, exiui de paradiſo. Hinc eſt etiam quod fratres deinceps temperatis, ⁊ moderatis edificijs ſint contenti, certe dicta pecunia in alios vſus conuertetur, vt ex predictis patet.

## QVARTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

19 Contingit aliquando q᷑ ipſis fratribus aliquid generaliter abſq; modi expreſſiōe relinquiꝭ, an valeat? Reſpō ſic, ⁊ eſt declaratum in dicto capitulo, exijt qui ſeminat. §. ad hec, q᷑ fratribꝰ. vbi Papa ſic ait, Ubi fratribus ipſis generaliter abſq; modi expreſſione aliquid legetur, hoc in legato ſic indeterminate relicto in omnibus ⁊ per omnia itelligitur ſeruare volumus, ⁊ in perpetuum preſenti conſtitutione iubemus, quod vbi pecunia, ſeu eleemoſyna fratribus indeterminate relicta voluimꝰ, ac expreſſimus obſeruari, videlicet vt ſub modo licito fratribus intelligatur eſſe relictum ita quod legans merito, nec fratres ipſi effectu relicti fraudentur, ⁊c. Ex quibus apparet quod legatum valet ⁊ intelligitur modus expreſſus qui perſone legitime congruat. ff. de vſu, ⁊ habit. l. plenum. §. equitij. ſic ergo videtur quod pretium in neceſſitatem fratrum conuertetur, vt ſupra dictum eſt, quod intelligitur, niſi ſummam immoderatam excederet, ⁊ tunc ſerua quod ſupra dixi.

CAP. II.

20 Sed mortuo teſtatore † ad quē ſpectat dominiū dictarū rerū. Circa quod ſciendū eſt quod res ſic relicte poſſunt eſſe triplicis generis. Primo poteſt eſſe quod relinquūtur res fratribus, que vſu non conſumuntur, quarum vſus non eſt fratribus interdictus vt ſi relinquantur libri theologie, et ſimilia, ⁊ tunc non eſt dubiū ꝙ dominium pertinet ad eccleſiam Romanam hoc eſt declaratū per Nicolaū in d. c. exijt qui ſeminat. §. ad hec cum fratres ipſi. vbi loquitur ſic, Cum aliquid ꝓpter Deū ipſis offerꝭ, concediꝭ vel donaꝭ, ⁊ ibi omniū vtenſilium ⁊ librorum, ac eorum mobilium, preſentium ⁊ futurorum, que ⁊ quorum vſus fructus ordini, vel fratribus ipſis licet habere proprietatem, et dominiū. Quod autē Inno. Papa quartus predeceſſor noſter feciſſe dignoſcitur etiam ⁊ nos Romanā apoſtolicam eccleſiam ante recepimus, ⁊ ad nos ipſam plene ⁊ libere pertinere hac preſenti cōſtitutione in perpetuū valitura ſancimus, ⁊c. Quodque predictis rebus que vſu non cōſumuntur Federico ſcripſit Jo. xxij. Papa in conſtitutione que inci. Ad conditorem. tamē cōfirmat alias confirmauit, cuius verba quantum ad hoc inferiꝰ referimus. Sol. poteſt eſſe ꝙ fratribus relinquuntur res q̄ vſu non conſumuntur, ſed eorum vſus eſt fratribus interdictus, vt ſi quis reliquerit domum, agrum, ⁊ ſimilia, que res debent vendi, ⁊ in neceſſitatem fratrum conuerti, ⁊ ad quem pertineat dominium illarum rerum non reperio conſtitutionem aliquam declarantem, Poſſet tamen ad hoc in argumentum ⁊ ſimilitudinem adduci qđ idem Nicolaus Papa in d. c. exijt qui ſeminat. §. ceterum cū in eadē regula in pecunia cōceſſa ab aliquo viuente fratribus ſic ait, ita tamē, ꝙ penes ipſum dantē dominio, proprietate, ac poſſeſſione ipſius pecunie, cum libera poteſtate reuocandi ſibi pecuniam ipſam ſemper vſque ad conuerſionē ipſius, in rem deputatam plene, libere, ac integre remanētibus in ipſa pecunia nil omnino fratres iuris habeant, ⁊c. Ex quibus videtur quod dominium remanet penes ipſum heredem, maxime cum idē Papa in verbis que preſenti c. retulimus, in tali legato idē per omnia quod in pecunia, ſeu eleemoſyna fratribꝰ oblata voluit obſeruari. Sꝫ hec ratio non videtur bona. Nam cum Papa dixit in omnibus, ⁊ per omnia ſtatim ſe reſtrinxit. videlicet ſub modo licito fratribꝰ intelligaꝭ eſſe relictū, non ergo quo ad dominium. Preterea non videtur eſſe idem in herede quod in defuncto vt dixi .ſ. in proxi. diſt. Cum ergo nulla ſit conſtitutio deciſiua, quid iuris ſit, videamus. Et videꝭ dominiū dictarum rerū ad ciuitatem, vbi ſunt illi fratres, quibus eſt relictum pertinere,
21 quod probo. † fratres minores ſunt pauperes ⁊ in paupertate arctiſſima conſtituti, vt in eorum regula, ⁊ declaratores predicti
22 dicunt ſi aliquādo † aliquid relinquatur pro neceſſitate pauperum, videtur relictum illi ciuitati, cuius pauperibus relinquitur, vt l. ſi cui relictum. ⁊ in l. ciuitatibus. de leg. j. Si ergo ciuitati videtur relictū, ergo in eā trāſit dominiū recta via. C. com. de leg. j. ⁊ ij. ff. de fur. l. a Titio. ⁊ inſti. de leg. §. nr̄a autem. iūcta gl. ī verſi. per in rem. nec eſt etiam incōgruū, vt vnus legatarius a teſtatore noīetur, alteri vero queratur. ff. de leg. iij. l. fidei cōmiſſa. §. interdū. ⁊ de leg. j. l. ſeruo leg. §. ſi teſtator. ⁊ de condi. ⁊ demon. l. Titio. §. Titio. Contrarium tamen puto, ſcilicet ꝙ dominium remanet apud heredem. Nam qñ legatur res, cuius commercium nō habet legatarius proprietas apud heredem remanet, ⁊ debetur eſtimatio. l. apud Juliānū. §. ſi. cum l. ſeq. de leg. j. ita
23 in propoſito. Preterea † in rebus que non relinquuntur directo, ſed per quandam conſequentiam non procedit illa regula quod dominium tranſeat recto iure in legatarium. Hoc probatur ex coniunctione duarum legum, ex l. j. de ſer. leg. ⁊ ff. quemadmodum ſer. amit. l. ſi patrem. §. j. ſed quando ſeruitus legatur tacite per quandam conſequentiam mortuo teſtatore non competit ius ſeruitutis, niſi conſtituatur ab herede, vt dicta l. j. ⁊ de ſer. l. ſeruum filij. §. ſi. ⁊ ibi per Jaco. de Aret. de legat. j. Ita ergo dicimus in propoſito quod dominium rei legate tranſeat recta via in legatarium cui legatur expreſſe. In eo vero cui legatur per conſequentiam non tranſit, niſi per heredem tradatur, ⁊ ſic apparet, quod remanet penes heredem, ita in propoſito cum illi ciuitati non legatur expreſſe, ſed per quandam conſequentiam. Preterea hoc videtur in ſimili ſi aliquis legat filio, vel ſeruo, videtur legare patri, vel domino, quod patet, quia pater, vel dominus poteſt onere fideicommiſſi grauari. ff. de lega. j. l. cum filio. cum ſi. Sed ſi legatum eſt tale, quod non poſſit queri dominium filio, vel ſeruo, ſed eius eſtimatio debetur, tunc non queritur dominium patri, vel domino, ſed debetur eſtimatio, vt ff. de leg. ij. l. debitor. §. ſeruo. ⁊ l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. de leg. iij. ita in propoſito, cum fratribus minoribus non poſſit queri dominium, nec reipu. cui per conſequentiam videtur relictum eſſe, ⁊ huic opi. videntur adherere verba decretalis .ſ. alle. ⁊ relate, ⁊ per hoc patet reſponſio ad rationem in contrarium. Ter‑
24 tio contingit † quod fratribus relinquuntur res, que vſu conſumuntur, vt vinum, frumentum, pannus pro indumentis, ⁊ ſimilia, quorum vſus fratribus non eſt interdictus, quorū dominium dicebant quidam ad eccleſiam Romanā pertinere ex verbis Nicolai Pape .ſ. relatis, dum dicit, vtenſilia ⁊c. Sed Joā. Papa dicit dicta verba debere intelligi de rebus que vſu non conſumuntur, ⁊ declarauit in dicta decretali, que incipit. Ad cōditorem. in multis partibus ipſius decretalis dum ait, quis ſane mentis credere poterit, quod intentio fuerit tanti patris vnius oui, vel caſei, ſeu fruſti panis, ⁊ aliarum rerum vſu cōſumptibilium, que fratribus ipſis ⁊ ad conſumendum e veſtigio conferuntur ad dominium Romane eccleſie ⁊ vſum fratribus pertinere: Profecto laudabile non videtur, vt Nicolaus ait ſupra, Nec obſtat .ſ. dictis quod idem predeceſſor noſter in ordinatiōe predicta etiam illorum que ad ſuſtentationem pertinent, niſi Romane eccleſie dominium reſeruetur: hoc enim de rebus illis duntaxat debet intelligi, que vſu non ſunt conſumptibiles, ſine

quibus humana vita non eſt ſuſtẽtabilis que, vtiq; nõ ſunt pau-
ce vt in eo.ca.idem Papa declarauit. Sed in hoc idem conſti-
tuit, dum ſic ait. Sancimus quod in bonis que in poſterum con
ferentur vel offerentur aut alias quomodolibet obuenire con-
tinget fratribus, ſeu ordini ſupradictis exceptis eccleſijs, orato
rijs, officinis, ⁊ habitationibus, ac vaſis libris, veſtimentis, di-
uinis, ⁊ officijs dedicatis, vel dedicãdis, ⁊ ꝗ ad ipſos obueniẽt
in futurum, ad que ſe non extendunt adeo in conuenientia ſu-
pradicta, ꝓpter quod conſtitutionem iſtam ad illa extendi no-
lumus, nullum ius ſiue dominium aliquod occaſione ordinatio-
nis predicte, ſeu cuiuſuis alterius a quocunque predeceſſorum
noſtrorum ſuper hoc ſpecialiter edite, Roma. eccleſie acquira-
tur, ſed quoad hoc habeantur prorſus ordinationes huiuſmodi
pro nonſactis ⁊c. Ecce aperte liquet quod eccleſie Romane
non queritur dominium, nec etiam reipub. rationibus predictis.
Dicendum ergo videtur, quod ſi quidem vinum, frumentum,
⁊ ſimilia legantur in genere, tunc non tractatur de tranſlatio-
ne dominij ante, quam perueniatur ad traditionem, vt not. C.
communia de lega. l. ij. ⁊ Inſtitu. de lega. §. noſtra autem. ſed ſo-
lum tunc eſt videndum de perſonali obligatione, de qua ĩ. dice-
tur. Si vero legaretur in ſpecie, vel cum perueniretur ad tradi-
tionem, cuius ſit proprietas ⁊ dominium, ⁊ qualem vſum ha-
beant fratres, dico, prout intelligitur ex iſtis conſtitutionibus
Joan. Pape xxij. quarum vna incipit, ad conditorem. alia inci-
pit quia quorundam quarum verba hic non refero, quia longũ
eſſet ſed prout ipſe declarauit, ita credo, ac determino. Illud ve
ro quod. ſ. dixi de rebus que debẽt vendi, vt in neceſſitate fra-
trum conuertantur, idem illud dico in pecunia legata, etiã ſi pe-
cunia legaretur in ſpecie, vt patet in dictis authoritatibus, non
enim ipſum corpus pecunie in neceſſitate fratrum conſumitur,
ſed in ſpeciem aliam tranſmutatur, ⁊ hoc quãtum ad dominiũ.
Nunc vero quantum ad actionem perſonalem quid iuris ſit, vi-
deamus.

CAP. III.

a
25 Quis ergo [a] poterit dictas † res vendere quando vẽdende ſunt ꝓ fra-
trũ vtilitate: ⁊ de hoc Nicol. in d. §. ad hec, quia fra-
tribus, cum permiſit de rebus vẽdendis pro fratrũ
neceſſitate ſic ait, ad que ad legata ſoluenda, tam heredes teſta-
torum, quam executores ſe liberales exhibeãt, quam prelati, ac
etiam ſeculares quibus de iure, vel conſuetudine prouiſio iſta
competeret cum expedierit ſe ex officio ſuo promptos exhibeãt
ad pias voluntates deficientium, adimplendas, ⁊c. Et ſic mani-
feſte apparet, quod hoc poſſunt facere heredes. Nec mirũ, quia
apud eos eſt dominium vt dixi. Item hoc facere poſſunt execu-
tores, licet alias ſuper vẽditione bonorum requiratur ſpecialis
permiſſio teſtatoris, l. alio. de alimen. ⁊ ciba. lega. ⁊ C. quando
decre. opus non eſt. l. penult. ⁊ ibi not. ⁊ hec ſemper ineſt, quod
talis res vendatur, vt dictum eſt, ⁊ ſic ſpecialis permiſſio nõ re-
quiritur. Item hoc poteſt facere. Epiſcopus, ⁊ iudex ſecularis
ex ſuo officio, vt dicitur in d. tex. etiam ex nomine promouentis,
quod patet ex vi dictorum verborum dum dicit, ſe prõptos ex-
hibeant, ⁊ facit etiam. l. Quintus. de ann. lega. ⁊ in aut. de eccle.
titu. §. ſi quis edificationem. ⁊ de alimen. ⁊ ciba. lega. l. tertia, in
26 princ. Iudices tamen † predicti ad hoc veniẽtes precedẽte mo-
ra heredis, vel executoris, puta ſi fuit bis monitus, vt in auth.
27 de eccle. titu. §. ſi quis autem. ſupradictus vero conuentus † licet
non habeat dominium, vt dictum eſt, tamen habet actionẽ per-
ſonalem vt infra dicetur, tamen ſi poſſet poſſidere, haberet do-
minium, ⁊ poſſet vendere, vt infra dicam, fratres de hoc nullo
modo ſe impediant: cum hoc voto, ⁊ regule repugnaret, poſſunt
tamen humiliter ſupplicare heredi, vel executori extra iudiciũ,
vt votum teſtatoris adimpleat vt ĩ. dicetur, ſed ſi predicta lega-
ta non relinquuntur fratribus, ſed eccleſie eorum, et tunc puto
quod dominium quereretur eccleſie Romane, ⁊ tunc quid iuris
ſit, collige ex his que dixi in precedenti libro, quarta diſtin.

ADDITIO.

a Tho. D. C. Quis ergo. De iſta deciſione. Bartol. vide plene
per Alexan. de Imo. in l. j. ff. de lega. j. ⁊ Bald. in l. cum queſtio.
in ſi C. de legat. ⁊ gl. in c. j de relig. do. lib. vj. ⁊ Lud. Roma. i ſin-
gul. ccxciij incip. prohibetur ⁊ ſic habet quod ipſis fratribus
poteſt relinqui, vt vẽdatur fundus, ⁊ eis ſubueniatur ex illis pe-
cunijs, ⁊ non ſunt multi dies. quod fuit alleg. in fauorem fratrũ
minorum de obſeruantia ſancti Franc. de Padua contra preſ-
byterum Ioan. Anto. de Curte. de Padua, per me, ⁊c tamen in
priuilegijs Sixti iiij. ſummi Pontif. in mari magno aliter diſpo
nitur.

QVINTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

28 De his que largiuntur ſingulariter, quod valeat † relictũ fa-
ctum vni fratri, qualiter fratres in hoc ſe ha-
bere debeant, expreſſe determinauit Bene-
ctus Papa in conſtitutione quam edidit circa
ſtatum fratrum minorum c. xiiij. alias exiui, [...]
ſic ait. Quilibet autem frater ſupradicti ordinis qui aliquid ſe[...]
uit determinato vſu donari, vel legari, vel pro quo deponi co[...]
tigerit poſtquam huiuſmodi donatio legatum, vel depoſitũ a[...]
eius notitiam peruenerit cuſtodi, vel guardiano ſuo, vel eius [...]
cario, quam cito poterit cõmode debeat reuelare fideliter, ho[...]
quilibet facere debeat ſi habet notitiam predictã. Guardian[...]
autem ſiue frater, cui donatum, vel depoſitum fuerit, ſit habil[...]
ad ſcientiam capeſcendam, prouideat ei ſeu prouidere faciat ſe[...]
cundum donationis, legati vel depoſiti quantitatem, et ſecun[...]
dum fratris ipſius idoneitatem ad eius ſtudium opportune. E[...]
his apparet quod legatum debet in fratris vtilitatem prin[...]
conuerti, ⁊ licet hoc exprimat de libris in c. prox. exprimit eti[...]
29 de alijs neceſſitatibus, apparet ex † predictis quod quando al[...]
cui ſingulari fratri legatur, non debet ad petitionẽ ipſius ſolu[...]
30 ſed ad petitionem guardiani. † Item ex predictis patet quod fra-
ter minor poteſt eſſe diſtributor, et pretorum officio fungun[...]
fratres, vt dicetur in ſeq. lib.

CAP. II.

31 Sed ſi frater † ille tot denarijs pro ſu[...] neceſſitatibus non ind[...]
geat, idem predictus Papa immediate poſt predi-
cta ſubdidit, Si autem fratres predicti his libris n[...]
indigerent ac vbi de libris indigerent, ꝓuiſio de libris ſufficiens
eidẽ aliquid de legato donato, vel depoſito huiuſmodi ſuper
eſſet, guardianus omne huiuſmodi legatum, vel donatum, ve[...]
depoſitum, vel id quod facta prouiſione eius fratri erit in com-
munem ſui cõuentus neceſſitatem conuerti, ſeu diſpenſari pro-
curet, ⁊ neceſſitati eius, cuius contemplatione donatum lega-
tum, vel depoſitum fuerit fauorabilius ſtudeat ſubuenire. Per
hoc enim vel conueniens alijs, vel infra ſcripte conſtitutioni fe-
licis recordationis Bonifacij Pape octaui, que incipit. Prius
debet ſubueniri fratri ſupraſcripto, ſecundo conuentui. Ex quo
patet quod relictum fratri, hoc eſt, conuentui ⁊ ſic in petendo
hoc legatum erit idem quod in eo quod relictum eſt conuentui
fratrum, vt ĩ. dicetur.

SEXTA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

32 Interdum etiam † euenit, vt fratri-bus minoribus aliquid
annuũ relinquatur, an valeat, q̃ritur. Et vide-
tur qꝺ non vt habetur in cõſtitutione, que inc[...]
Exiui de paradiſo. vbi ſic ait, Cumq; annui red[...]
tus inter immobilia cenſeantur a iure, ex huiuſ-
modi reditꝰ obtinere paupertati, ⁊ mendicitati repugnet, nu[...]
dubitatio eſt qꝺ predictis fratribꝰ reditus quoſcũq;, ſicut poſſeſ-
ſiões, vel eorũ vſus cũ eis nõ reperiat̃ eſſe cõceſſũ liber[...]
re, vel habere ꝯſiderata ꝯditiõe ipſorũ non licet, ⁊ c [...]
verbis colligitur qꝺ legatum non valet. E contra, quod [...]
legatum valeat, probatur ex authoritate predicta ſic, non [...]
bium quod immobilium poſſeſſionũ fructus fratribus legat[...]
non valeat, vt ipſas poſſeſſiones fratres retineant, ſed vt vida[...]
tur, ⁊ in neceſſitatem fratrũ conuertãtur, vt eſt expreſſe decla[...]
33 tum: ſic † cum reditus inter immobilia computẽtur, de ſacroſan.
eccleſ. l. iubemus ⁊ in auf. de non alie. §. hec ergo. ⁊ §. nos igitur.
⁊ ſic videtur quod tale legatum valeat, non vt ipſos annuos re-
ditus ipſi fratres habere vel retinere poſſint: q2 hoc eſt eis p[...]
hibitum: ſed vt illud ius percipiendi vendatur, ⁊ in fratrum ne-
ceſſitatem conuertatur: vt dictũ eſt de rebus immobilibus. S[...]
dicendum eſt quod legatum annuũ non fratribus interdict[...]
ratione rei legate, ſed ratione modi a teſtatore expreſſi, ſcilicet
quod annuatim detur qui modus regule, ⁊ conditioni eorum re-
pugnat, ⁊ ſic videtur quod nullo modo valeat, ⁊c.

CAP. II.

34 Per omnia † putarem idem, ſi fratribus relinqueretur aliquid diurn[...]
vel menſtruum vel per alias diuiſiones tempor[...]
vt puta decennio, vel triennio, vt ff. de tranſactionib.
l. cum hi. §. ſi cui. ⁊ de alimen. ⁊ ciba. lega. l. libertis quos. in prin.
l. diarijs. de annu. leg. l. penul.

CAP. III.

35 Quid ſi fratribus † relinquatur ali-quid annuum no[...]
in perpetuum, ſed vſque ad certum tempus, an lic[...]

in prohibitionem predictam? Videtur, quod non propter limitationem temporis nō videtur legatum annuū, ſed dicitur vnū legatum, ſcilicet preſtatio diuiſa, vt ff. quando dies leg. cedit. l. cum fine prefinitione. Contrarium videtur, ſcilicet quod valeat in dictam prohibitionem per generalia verba dicte conſtitutionis. ſ. alleg. Nam relictum fratribus ſperatur relictum pro ipſorum neceſſitate, vel pro alimentis ⁊ ſimilibus: ſed in relicto cā alimentorum, licet ſit frumētum, temporis prefinitione tamē annuum dicetur, dicta l. cum fine prefinitione. ergo, ⁊c. Sed ſi relinqueretur cum temporis prefinitione vni fratri ſingulari, tamen dicetur legatum annuum, per rationes ſupradictas. Si vero relinquatur fratribus vnius conuentus, tunc facit dubium: q; conuentus non moritur. Et ſic ceſſat ratio, que eſt in alimentis relictis certe perſone, finaliter puto tamen quod fratres debeant a dicto legato penitus abſtinere. Nam hoc ſtatui eorum, ⁊ mendicitati repugnat. Nam non viuerent ſimpliciter in ſpe Dei propter ſpem, quam haberent in dicto legato intra prefinitum tempus ſi in eo eſt eadem ratio quod in legato annuo ſimplici.

CAP. IIII.

36 Quid ſi non directo ſed in vim † conditionis aliquid annuum fratribus relinquatur puta aliquem heredem inſtituo ſub conditione ſi aliquid annuum dederit fratribus minoribus? Certe idem eſt quod ſupra, vt fratribus nullo modo liceat accipere. Hoc enim videtur in fraudem fieri, vt l. quod conditionis. de dona. cauſa mortis. ⁊ de condi. ⁊ demon. l. Meuius. ille tamen, vt impleat conditionem, debet auferre. d. l. Meuius. ſed contra predicta videtur ff. de iure fiſci. l. in fraudem. vt ibi patet, ⁊c.

## SEPTIMA DISTINCTIO.

CAP. PRIMUM.

Qualiter aūt petantur dicta relicta ab his, q ad ea p̄ſtanda tenent? Pro cuius declaratione eſt videndum, primo, 37 vtrum ille, † a quo legatum relinquitur ad id preſtādum ſit obligatus, ⁊ cui. Nam pro rebus fratribus ipſis relictis, ipſis fratribus nullum ius ſeu obligatio queritur de predictis, dictus Nicolaus tertius in dicto c. exiit qui ſeminat. §. ceterum, ſic ait, nec contra perſonam nominatam, vel non nominatam ab eis, cuiuſcunque conditionis exiſtat, in iudicio, vel extra actionem, perſecutionem, vel aliquod aliud ius intentent qualitercunque perſona predicta in commiſſione huiuſmodi ſe habeat, ⁊c.

CAP. II.

Ex hoc patet quod obligatio fratribus non queritur. Preterea qđ obligatio eis queratur, videtur contra principale fundamentū regule que eſt, vt fratres ſibi nil approprient, nec domum nec locum, vel aliam rem, vt dictis declarationibus ſummoꝝ Pōtificum continetur. Si diceremus quod ſibi acquireretur obligatio, aliquid ſibi appropriarent, quod eſſet contra vota cum iſta regulariter obligatio ſit de rebus ſine quibus vita poteſt ſuſtētari humana. Preterea in dict. cap. exiit, qui ſeminat. §. ad hec. quia fratribus, dicitur quod iudex ex officio ſuo ſe promptum exhibeat que verba retuli. ſ. in diſtinct. iiii. huius. ii. lib. ſed ea que iudicis officio expediuntur, non preſupponunt obligationem l. qui per colluſionem. §. j. ff. de actio. empt. ⁊ de ann. leg. l. Quint⁹. ⁊ conclude quod fratribus obligatio non queritur, ⁊ ſic heres vel alii quibus relinquitur, non ſunt obligati ad talia relicta. In contrarium videtur regula generalis que eſt, quod legatario cōpetit obligatio, ⁊ actio perſonalis ⁊ hypothecaria, ⁊ actio in rē, vt C. communia de lega. l. j. ⁊ ii. ⁊ Inſtit. de legat. §. noſtra autez. Secundo dicendum eſt, quod in hoc, an ille a quo relinquit legatum ad hoc ſit obligatus, poteſt conſiderari quo ad ipſos 38 fratres, † ⁊ tunc dicendū eſt quod obligatio poteſt intelligi duobus modis. Uno modo proprie ⁊ ſtricte prout eſt iuris vinculum, quo quis neceſſitate adſtringitur, vt inſtitu. de oblig. in princip. ⁊ hoc modo requiritur quod ſint duo, vnus qui tenetur ⁊ eſt obligatus, alius cui, ⁊ habet obligationem: vt ff. de accep. l. j. ⁊ ibi no. per gl. ⁊ hoc modo ſumendo heres vel alius, a quo legatū relinquit, non eſt obligatus fratribus, ⁊ fratres ipſi propter paupertatem vite, ⁊ regule eoꝝ neminem tenent obligatū. vt ſ. dictū eſt. Secundo modo poteſt ſumi obligatio large, ⁊ improprie ex quadā equitate, in qua quis in ſeipſo tenetur ad dādum aliquid vel ad faciendū: ⁊ ad hoc ipſe videt ſe obligatuz, licet anime teneatur, ⁊ iſta talis equitas parit officium iudicis, l. Quintus. de ann. leg. ⁊ l. hereditas. de peti. heredi. ⁊ iſto modo heres vel alius a quo eſt aliquid relictum poteſt dici obligat⁹, ⁊ per hoc competit officium iudicis vt ſ. dictum eſt. Tertio modo conſiderari poteſt an ille a quo eſt legatum relictum, ſit obligatus reſpectu aliorum quam ipſorum fratrum, ⁊ tunc eſt dicēdum quod eſt proprie obligatus. Nam certum eſt quod vita fratrum minorum in arctiſſima paupertate eſt fundata, ſed quando 39 aliquid † ob neceſſitatem fratrum, vel pauperum relinquitur illi ciuitati, in qua ſunt pauperes, videtur ipſis fratribus vel pauperibus relictum. l. ſi cui. ⁊ l. ciuitatibus. ff. de leg. j. cū rei publice interſit, vt pauperes ſuſtētentur. C. de ſacro. eccl. l. priuilegia. Idem in eo quod relinquitur propter ſubſidium ſtudii ipſorum fratrum, vt d. l. ſi cui. ⁊ l. ciuitatibus. Ex quo concludo, quod licet ipſius ciuitatis nomen in teſtamento non ſit inſertum, tamē ipſe qui reliquit legatum, obligatur ipſi ciuitati ad illud d. l. ciuitatibus. ⁊ l. ſi cui. coniuncta l. ſeruo alieno. §. ſi teſtator. eo. ti. ⁊ l. ſideicommiſſa. de leg. iii. §. plerunque. ⁊ §. interdum. de condi. et demon. l. Titio genero. Huic igitur ciuitati heres ad hoc obligatur ciuiliter, ⁊ naturaliter ex qua obligatione oritur actio, vt j. dicam.

CAP. III.

Per quos ergo dicta legata, et qualiter petantur, ⁊ exigantur, ſatis patet ex p̄dictis quod diligēter debe- 40 mus inquirere vel diſtinguere: nā ſi quidē † q̄rat an ipſi fratres petere poſſent, dicendū eſt quod duplex eſt petitio. Eſt em̄ petitio extra iudicium, ⁊ ſtatim fratres licite facere poſſunt. Nam dictus Nicolaus Papa in d. c. exiit qui ſeminat. §. ceterum in eadem. ſic ait. Poſſunt tamen fratres ſuas neceſſitates inſinuare, ac ēt ſpecificare, vel exponere pſone p̄dicte ac etiā rogare quod ſoluant. poſſunt etiam eam perſonam exhortari, ac dicere quod fideliter in re commiſſa ſe habeat, ⁊ anime ſue ſaluti in cōmiſſa ſibi ſua executione puideat, ⁊c. Ecce aperte liquet quod extra iudicium petere ⁊ exhortari poſſunt ſicut qn̄ ab herede legatur aliquid ſeruo pprio ſine libertate. l. quidā. §. illo videlicet. C. de neceſ. ſeruis here. inſti. Quedā eſt petitio, que ſit in iudicio, ⁊ iſta nullo modo poteſt fieri per fratres, vt probant verba predicta. ſ. in j. diſt. c. j. Nulla enim eſt in eis actio ſeu perſecutio, hoc eſt iudicis officium. Hoc probatur ex verbis Cle. in d. c. exiui. §. noſtra. ibi dum dicit, cum ordinis fratres vbicunque dicti ordinis profeſſores pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri, ⁊c. Ecce ſatis liquet quod dicti fratres in iudicio pe- 41 tere non poſſunt. Si vero † queratur, an petere poſſit Reſpublica, ſeu ſyndicus ipſius patet quod ſic, q; ei competit obligatio, ⁊ actio cōtra heredē d. l. ſi cui. ⁊ d. l. ciuitatibus. de leg. j. Ex hoc etiaz ſequitur quod quilibet de populo hoc poterit petere. ff. de ope. no. nun. l. in prouinciali. §. qui in publico. ⁊ l. ſeq. ⁊ in auth. de eccle. ti. §. ſi quis autē, qui hoc facere, ⁊c. Et hoc dixi plenius in precedēti lib. iiii. diſtinct. vbi etiam poteſt colligi modus formandi libellum. Caueant fratres, ne predictis ſic petentibus aſſiſtant: hoc enim ſtatui eorum repugnat, vt in c. exiui. ibi, etiam ex talibus exiſtentibus vt ff. ad Turpi. l. j. §. incidit. expectant em̄ quod aliquis ad hoc faciendum ex deuotione moueatur. Poterit etiam exigi iſtud legatum ex officio epiſcopi, vel etiam iudicis ſecularis, vt in d. declaratione Nicolai continetur, cuius verba quantum ad hoc retulimus ſ. in quarta diſtin. huius ii. lib. in iii. c. incip. quis ergo poterit dictas res vēdere, ⁊c. dic. vt ibi, ⁊ dabitur pecunia illi, quem iudex deputabit, vel etiam ipſis fratribus, vt in ſequenti diſtinctione dicam.

## OCTAVA DISTINCTIO.

CAP. PRIMUM.

De ſyndicis vero fratrum minorum ſciēdum eſt, per quoſdā ſummos Pontifices fuiſſe cōceſſum fratribus, quod nominarent quoſdaz, qui adminiſtrarent noīe eccleſie Romane. que cōceſſiones fuerunt primo per Ioā. Papam xxii. in aliquibus reuocate: ideo vt predicta clareſcant primo priuilegia antiqua ad li- 42 teram referamus. Et primo † Inn. iiii. literas fratribus conceſſit in hec verba, Inn. epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis generalibus ⁊ prouincialibus miniſtris fratrum minorum ſalutem, ⁊ apoſtolicam benedictionem. Quanto ſtudioſius dominice contemplationi vacatis famulando, tanto quieti veſtre libētius prouidemus, ne pedes, quos lauiſſe videmini affectu ⁊ officio omnia relinquendo, cogantur, qđ abſit, iterum inquinari. Cum enim lecta a nobis veſtra petitio contineat de rebus

omnibus ordini veſtro conceſſis, vel in poſterum concedendis
per vos ipſos, prout exigit neceſſitas. iuxta veſtri ordinis ſta-
tuta diſponere nequeatis: nec velitis pro conſcientie veſtre pu-
ritate ſeruanda, ne vobis odioſa vagandi tribuatur materia, ſed
oporteat vos per hoc ad ſedem apoſtolicam, ad quam rerum ip-
ſarum ſpectat proprietas, habere recurſum, nos quieti dicti or-
dinis neceſſitatibus veſtris paterna volentes ſolicitudine pro-
uidere, preſentium authoritate concedimus: vt ſingulis veſtris
liceat in prouincijs eis commiſſis per ſe, vel per alios fratres
ſuos, quibus iniunxerit committendam conſtituere aliquos vi-
ros idoneos Deum timentes qui pro locorum indigentia ſin-
gulorum res huiuſmodi conceſſas, vel etiam concedendas au-
thoritate noſtra petere, vendere tractare, commutare, expende-
re, permutare, ac in fratrum vſum conuertere valeant ſecundum
diſpoſitiones veſtras, prout neceſſitatibus, vel commodis fra-
trum ordinis memorati, ſicut vobis pro loco, ⁊ tempore videbi-
tur expedire. liceat quoque vobis eoſdem viros ſic conſtitutos
a vobis amouere, alioſque ad premiſſa exequenda ſine difficul-
tate qualibet ſubrogare, quoties videbitur opportunum. Nulli
ergo, ⁊c. Data Auenioni. iij. Calend. Septemb. Pontificatus
noſtri. anno v.

CAP. II.

DEinde Martinus Quart⁹ Pa
pa eiſdē cō-
ceſſit ſup predictis literas largiores in hūc modū,
43 † Martinus ſeruus ſeruoꝝ Dei, dilectis filijs ſuis
generali, ⁊ prouincialibus miniſtris, ac etiā cuſtodibus vniuer-
ſis ordinis fratrum minoꝝ ſalutē ⁊ apoſtolicam bñdictionem.
Exultās in domino quod ſacri veſtri ordinis ꝓfeſſores in Dei
beneplacitis cōfirmari ꝓmptitudine deuotionis, ⁊ opere illius
ſtudētes imitari veſtigia eiuſdē, ⁊ via ſummopere cuſtodire, qui
deſcendens a patre luminum, ⁊ formā ſerui accipiēs, ſe in lau-
dis beneficium placabilem hoſtiam immolauit, cogitare indu-
cimus honeſta remedia, quibus dicti ordinis obſeruantia pura
in ſui vigore ſeruetur. Idemq; fratres qui pro nulla re tempora-
